

# BIBLIOTHEK

DES

## LITTERARISCHEN VEREINS

IN STUTTGART.

CXVII.

TÜBINGEN.

GEDRUCKT AUF KOSTEN DES LITTERARISCHEN VEREINS.

1873.

**PROTECTOR  
DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART:  
SEINE MAJESTÄT DER KÖNIG.**

\*

**VERWALTUNG:**

**Präsident:**

**Dr A. v. Keller, ordentlicher professor an der k. universität in Tübingen.**

**Kassier:**

**Roller, universitäts-secretär in Tübingen.**

**Agent:**

**Fues, buchhändler in Tübingen.**

\*

**GESELLSCHAFTSAUSSCHUSS:**

**Professor dr Barack, oberbibliothekar in Straßburg.**

**Geheimer hofrath dr Bartsch, ordentlicher professor an der g.  
universität in Heidelberg.**

**K. freiherr v. Cotta in Stuttgart.**

**Hofrath dr Hensen, director der k. handbibliothek in Stuttgart.**

**Dr Holland, professor an der k. universität in Tübingen.**

**Dr E. v. Kausler, vicedirector des k. haus- und staatsarchivs in  
Stuttgart.**

**Dr Klüpfel, bibliothekar an der k. universität in Tübingen.**

**Director dr O. v. Klumpp in Stuttgart.**

**Dr Maurer, ordentlicher professor an der k. universität in München.**

**Dr Simrock, ordentlicher professor an der k. universität in Bonn.**

**Dr Vollmer in Stuttgart.**

**Dr Waitz, ordentlicher professor an der k. universität in Göttingen.**

# STEINHÖWELS ÄSOP

HERAUSGEGEBEN

VON

HERMANN ÖSTERLEY.

FÜR DEN LITTERARISCHEN VEREIN IN STUTTGART

NACH BESCHLUSS DES AUSSCHUSSES VOM SEPTEMBER 1871

GEDRUCKT VON L. F. FUES IN TÜBINGEN

1873.



## EINLEITUNG.

Zur einföhrung der vorliegenden ausgabe von Heinrich Steinhöwels Äsop bedarf es nur weniger worte. Die nachrichten über das leben und die werke Steinhöwels sind in Adelberts von Keller ausgabe der übersetzung von Boccaccios Decameron (51- publication des litterarischen vereins) in so erschöpfender weise gesammelt und verarbeitet, daß es vollständig genügend erscheint, hier ausschließlich den Äsop ins auge zu faßen. Dieser Äsop Steinhöwels besteht bekanntlich aus einer zusammenstellung von fabeln und schwänken sehr verschiedener verfaßer, in welcher jedes einzelne stück außer in der lateinischen faßung auch in Steinhöwels deutscher übersetzung erscheint. Den anfang bildet die orientalische fabelhafte lebensbeschreibung Äsops, die Maximus Planudes um 1327 aus Constantinopel nach Italien gebracht haben soll, und die mindestens an der spitze der von Planudes bekannt gemachten fabeln Äsops steht, in verschiedenen faßungen aber auch handschriftlich erhalten ist <sup>1</sup>. Später hat sie in fast sämtlichen ausgaben und übersetzungen dieser fabeln platz gefunden, und zwar meist nach der allgemein verbreiteten lateinischen übersetzung des Rimicius oder Remicius, in späteren ausgaben auch Renucius und Renutius, Renuncius und Renuntius genannt, welche mit der von ihm gleichfalls ins lateinische übersetzten planudeischen sammlung äsopischer fabeln zuerst im jahre 1474 von Antonius Zaratus in Mailand gedruckt, 1476 von demselben drucker neu aufgelegt, und dann vielfach wiederholt wurde. Schon die ältesten drucke dieser vita weichen von einander ab, namentlich am ende, wo die eingestreuten, zum theil höchst anstößigen fabeln und erzählungen mehrfach durch andere stücke ersetzt sind.

Den zweiten und hauptsächlichsten theil unserer sammlung bildet eine besondere, in älterer handschrift nicht nachgewiesene recension der fabeln des Romulus, welche außer der deutschen übersetzung, in den ersten drei büchern auch noch die bearbeitung des anonymus in lateinischen distichen enthält. Über diese bearbeitungen von fabeln des Phädrus habe ich in meiner ausgabe der ältest erreichbaren texte das erforderliche bereits beigebracht, und muß, um mich nicht selbst auszuschreiben, dorthin verweisen <sup>2</sup>.

\*

1 Vgl. Westermanns ausgabe, Brannschweig 1845. 2 Romulus, die paraphrasen des Phädrus und die Äsopische fabel im mittelalter. Berlin 1870.

Als anhang zu diesen fabeln folgen siebzehn als extravaganten bezeichnete stücke, welche der überwiegenden mehrzahl nach aus den verschiedenen kreisen der thiersage stammen, und als ganzes, Schmidts ausgabe der *Disciplina clericalis* zufolge, in einem Breslauer codex hinter dem erwähnten werke des Petrus Alphonsi erhalten sind. Diesen schließt sich eine auswahl von 27 fabeln des Avian an, dann folgen 16 (oder 17, da n. 1 zwei stücke enthält) parabeln aus der *Disciplina clericalis* des Petrus Alphonsi, und den schluß bilden sechs den facetien des Poggius entnommene stücke, letztere beiden sammlungen zusammengefaßt unter dem namen *collectæ*. Die angehängte novelle von Sigmunda und Gwisgardus aus Boccaccio muß hier als eine zufällige beigabe unberücksichtigt bleiben, sie ist auch bis auf zwei ausnahmen in allen späteren ausgaben und übersetzungen unterdrückt.

Es kann nicht die aufgabe sein, an dieser stelle literär-geschichtliche untersuchungen über die werke anzustellen, welche vollständig oder auszugsweise in unsern Äsop aufnahme gefunden haben, obgleich manche derselben einer solchen erforschung so bedürftig wie würdig sind; wir haben es vielmehr lediglich mit unserer sammlung als einem ganzen zu thun, nur die compilation selbst in bezug auf ihre stellung und bedeutung in der litteraturgeschichte zu untersuchen, ohne die quellen desselben in näheren betracht zu ziehen, obgleich jede von ihnen, die Vita Aesopi wie Romulus und Anonymus, der Äsop des Planudes-Rimicius wie Avian, Petrus Alphonsi und Poggius ihre besondere geschichte hat, und zum theil sogar ihre sehr interessante geschichte. Um die gestaltung, entwicklung und bedeutung unserer compilation festzustellen, muß nun zuerst hervorgehoben werden, daß Steinhöwel nicht nur als der übersetzer derselben zu gelten hat, was durch sein eignes zeugnis verbürgt ist, sondern auch als der ursprüngliche compiler. Es ist das meines wißens noch nicht ausdrücklich ausgesprochen, und verlangt dahere ine kurze begründung. Zunächst hat sich nirgends die geringste spur eines lateinischen textes gezeigt, der älter wäre, als der im vorliegenden wiederholte, unzweifelhaft unter Steinhöwels aufsicht veranstaltete druck, vielmehr sind alle bekannten ausgaben, in welcher sprache sie auch immer erschienen sein mögen, aus jenem ältesten drucke entlehnt; ferner aber geht aus mehrfach von Steinhövel eingestreuten bemerkungen, namentlich aus der bl. 269<sup>b</sup> befindlichen „entschuldigung schrybens lychfertiger schimpfred“ ganz unzweifelhaft hervor, daß er die sammlung nicht nur übersetzt, sondern auch zusammengestellt hat, denn er zählt dort eine ganze reihe von stücken auf, die er aus rücksicht auf das zarte geschlecht nicht „beschrieben“ das heißt, in seine sammlung nicht aufgenommen hat.

Steinhöwels werk hat eine außerordentlich rasche und weite verbreitung gefunden, und darin hauptsächlich liegt (abgesehen von dem nicht zu unterschätzenden sprachlichen werthe der übersetzung, welcher sich aus

dem angehängten wörterverzeichnis ergeben wird) die bedeutung desselben für die litteraturgeschichte, indem die sammlung das unbedingt wichtigste vehikel, die geradezu unerschöpfliche quelle für die verbreitung der mittelalterlichen fabel seit der erfindung der buchdruckerkunst geworden ist. Sie ist zuerst von Johann Zeiner zu Ulm, aber ohne jahresangabe, gedruckt worden. Dieser druck kann nicht vor 1474 geschehen sein, weil in diesem jahre die erste ausgabe des lebens und der fabeln Äsops in der lateinischen übersetzung des Rimicius erschien, und sie muß im jahre 1482 schon ziemlich weit verbreitet gewesen sein, weil ein aus diesem jahre datirter nachdruck des lateinischen textes von Gerard Leeu existirt. Aber der älteste druck ist vielleicht noch einige zeit früher zu setzen, weil Zeiner ziemlich gleichzeitig mit ihm noch mindestens zwei andere ausgaben des werkes veranstaltet hat, von denen die eine nur den lateinischen text, die andere dagegen nur die deutsche übersetzung enthielt, und Leeu wahrscheinlich jenen text benutzt hat. Beide separatausgaben sind in den nächsten jahren vielfach wiederholt, aber auch die übersetzungen in fremde sprachen folgten bald. Die französische übersetzung von Julien Macho erschien zuerst im jahre 1484 und wurde in den nächsten fünfzig jahren mindestens zehn mal wiederholt, aus ihr floß die übersetzung in englischer sprache, die noch in demselben jahre 1484 gedruckt wurde, und die holländische, die zuerst im jahre 1485 erschien. In Italien scheint unsere sammlung keinen eingang gefunden zu haben, weil dort die ähnlichen werke von Zuccho und Tuppo bereits weit verbreitet waren, dagegen erscheint im jahre 1489 eine vielfach wiederholte, von Heinrich, infanten von Arragonien, verfaßte ausgabe in spanischer sprache, welche unter einfluß von Steinhöwels übersetzung gearbeitet, dessen vorrede und sonstigen beigaben wiedergiebt. Eine böhmische übersetzung endlich ist um 1487 in Prag erschienen. Alle diese ausgaben und übersetzungen bleiben sich im großen und ganzen gleich, im einzelnen dagegen, namentlich in den letzten stücken, zeigen sich mancherlei abweichungen in auslassungen und einschiebungen.

Was schließlich den vorliegenden abdruck anlangt, so ist er mit aller zulässigen treue nach dem außerordentlich seltenen originale besorgt; die wenigen änderungen sind in den noten angemerkt, und dahin habe ich diesmal auch die kurzen nachweise über ursprung und verbreitung der einzelnen stücke gestellt, da diese den mitgliedern des vereins bis auf ganz vereinzelte ausnahmen aus meinen ausgaben von Paulis schimpf und ernst und Kirchhofs Wendunmuth bereits bekannt waren und eine verweisung auf die betreffenden stücke dieser sammlungen genögte.

H. Österley.

[1<sup>a</sup>] VITA ESOPI FABULATORIS CLARISSIMI E GRECO latina per Rimicium facta ad reverendissimum patrem dominum Anthonium tituli sancti Chrysogoni presbiterum cardinalem <sup>1</sup>.

Das leben des hochberühten fabeldichters Esopi uß kriechischer zungen im latin durch Rimicium gemachet an den hochwirdigen vatter, herren Anthonium des titels sancti Chrysogoni priestern cardinaln; und fürbas das selb leben Esopi mit synen fabeln, die etwan Romulus von Athenis synem sun Thiberino uß kriechischer zungen in latin gebracht, hatt gesendet, und mer ettlich der fabel Aviani, auch Doligami <sup>2</sup>, Aldefonsii und schimpfreden Poggii und anderer, ietliche mit ierem titel ob verzeichnet, uß latin von doctore Hainrico Stainhöwel schlecht und verstentlich getütschet, nit wort uß wort, sunder sin uß sin, um merer lütrung wegen des textes oft mit wenig zugelegten oder abgebrochnen worten gezogen, ze lob und ere dem durchflüchtigsten fürsten und herren, herren Sigmunden, herczogen zuo Österrich, etliche ergeczlikait dar uß ze enpfachen, die ouch nuczlich ist, wa sie verstentlich werdent gelesen nach der lere sancti Basili, daz der leser dises büchlin verstentnis habe der pinen gegen den pluomen, die der ußern farben nit acht habent, sunder suochent sie die süssikait des honigs und den nucz des wachs zuo ierem buw, daz niement sie hindan, und laußent das übrig taile des pluomen ungelezet. Also wer das büchlin lesen wil, der sol die farb der pluomen, das ist die märlun oder fabeln, nit groß achten, sunder die guoten lere, dar inn begriffen, zuo guoten sitten und tugend ze lernen [1<sup>b</sup>] und böse ding ze schüchen lerende uß sugen und an sich niemen ze narung und spys des gemüts und des lybs. Wann welche das nit tuond, sonder diß büchlin allain von der märlin wegen

\*

1 Antonio Cerdano, † 12 Sept. 1459; s. Ciaconius bei Nilant, 1709 XXX 8b. 2 Die bedeutung des wortes „Doligami“ ist mir unbekannt geblieben; die außerdeutschen bearbeitungen haben es meist unterdrückt.



lesen wöllent, die bringent nit mer dar von, wann der han von dem edeln gestain, der lieber ain gersten körnlin funden het, als die erst fabel Esopi lert. Hie wirt ouch allain die gemain uflegung nach schlechtem tüttsch ungerymt gesezset, nit wie sy vor in tüttschen rymen gesezset sint, umb vil zuogelegte wort zemyden und uf das nächst by dem text, wie oben stat, zu belyben.

So ich aber von den fabeln Esopi sagen wil, so ist vor ze merken, waz ain fabel genemet sye. Darumb wiße, daz die poeten den namen fabel von dem latinischen wort fando habent genommen, daz ist ze tüttsch reden, wann fabel synt nit geschechene ding, sonder allain mit worten erdichte ding, und sint darumb erdacht worden, daz man durch erdichte wort der unvernünftigen tier under in selber ain ynbildung des wesens und sitten der menschlichen würde erkennet. Und der erst finder der fabel oder glichnus ist gewesen der maister Alemo Crotoniensis <sup>1</sup>, und synt mancherlay fabeln. Etllich haïßent Esophice, wann der selb maister Esopus der ist in Frigia der wirdigest gehalten worden, und sind die, wa die unvernünftigen tier, die nit reden kündendt, mit ain ander redent, oder andere ding, die nit enpfindende sel hant, als baum, berg, stain, waßer, stet, dörfer und des gelichen. Die ander fabel haïßen Libistice, das sind die gedichten fabeln, in dienen die menschen mit den tieren redent oder herwiderumb. Die poeten haben ouch ettlich fabel getichtet, darumb [2<sup>a</sup>] daz sie lustig syent ze hören und die sitten der menschen und ir wesen beschrybent, sich dar uß ze beßern. Als Terentius und Plautus geton habent. Ettlich daz sie die natur verglychten, als so sy erdichtent, daz Vulcanus, der got des füres, krump und hinckend sye, wann das füwr ist von syner natur nümer gerad, sonder allweg krump. Und des gelych die trygestaltig bestia chimera haben sy gedichtet, daz sie vornen ain leo sye, in der mitt ain bock und daz letst ain drack, ze bedütten die dry tail des menschen lebens, wann der erste tail des menschen leben ist fraidig und grülich als ain leo, und ist die iugend. Der ander tail ist ain gaysbok, der haut ain über scharpfe lutre gesicht, und bedütet den mitteln tail des menschen lebens, wann die selben zyt synt die menschen fürsichtig und waz beträchtig ierer werck. Der letst ist ain trak und bedütet daz alter, wann wie sich der wurm krümet und in mangerlay knöpf schlinget, also stat dem alten mangerlay ungemaches zu und

\*

<sup>1</sup> Alcmaeon.

verworren knöpf. Des glychen handd die poeten tier erdichtet, Ypocentaurus genemmet, die halb menschen und halb pferd synt, ze bettiten die kürczy des lebens, daz schnell und ylend hin loffet, als die pfärd. Ettlich die sitten der menschen ze bewysen, als in der fabel Oracii redt ain mus mit der andern und die wisel mit dem fuchs, und werdent alle sölich fabeln erdichtet, nicht daz es also beschehen sye, sonder ze bettitten menschlichs wesen und leben; also sint die fabeln Esopi uf die sitten der menschen geordnet. Und wir finden des glychen in dem buoch der richter, do di boum ains künigs begerten, und redten mit dem öl-boum, figenboum, winreben und brunber studen, das beschicht ye alles, die sitten der menschen ze bettitten, daz man durch erdichte ding zuo der [2<sup>b</sup>] warhait, der man begerend ist, komen müge. Also hat ouch Demoscenes der houch wollered maister ze Athenis getaun gegen dem künig Philippo, do er von den burgern ze Athenis begeret im zehen die wysesten zesenden, so wölt er von der statt ziehen, die von im belegt was. Do dichtett er die fabel, wie der wolff von dem hirten begeret der hund, so wölte er frid mit den schauffen halten, da mit wolt er widerraten, daz der künig het begeret, als die fabel in dem leben <sup>1</sup> Esopi uß wyset, wann ze glycher wys (sprach der maister) wie der wolf von dem hirten der hund begeret, darumb daz er die schauf dar nauch on sorge möchte wtürgen, also begeret der künig Philippus, im über wysen houptlüt ze senden, daz er tuch hin für dester lychter möchte nider drucken und vernichten, so die hütter von tuch käment. Fürbas so merck den unterschaid under fabel, histori und argument. Hystorie synt ware beschechene ding. Argumenta synt die, ob sie nit beschechen sind, so ist doch möglich, daz sie beschechen, als die comedi Terentii und etlich Plauti und der selben glych. Fabel sint die, die nicht beschehen synt noch möglich sind ze beschechen, wann sy synt wider die natur <sup>2</sup>. Nun komen wir an das leben Esopi in latin.

1. Qui per omnem vitam vite studiosissimus fuit, is fortuna servus, natione Phrygius, ex Ammonio Phrygie pago fuit Esopus vir preter ceteros faciem longe deformis. Nam magno capite, acutis oculis, nigro colore, malis oblongis, brevi collo, suris crassis, magnis pedibus, bucculentus, gybberosus atque ventrosus, et quod deterrimum erat, [3<sup>a</sup>] lingua tardus atque blactero, sed tecgnis astu et cavillationibus supra modum preditus; hunc ad servitia urbana <sup>3</sup> cum herus inutilem

\*

1 leben] lesen. 2 nach Isidor Etym., 1, 40, 3 urbana] urbana.

censeret, ad rustica pro fossore transmisit. Una igitur dierum, cum herus rus proficisceretur, agri curator de ficibus collegit ac agri domino presentavit inquiring: Cape de primitivis agrorum tuorum fructibus. At ille letus per salutem ait: Pulcerrime sunt ficus, iubetque servo suo nomine Agathopus, ut illas caperet custodiretque usque dum e balneo rediret. Eo tempore contigit, quod Esopus ab opere veniens quottidianum sibi dari panem petiit. Agathopus, cuius custodie ficus commisse erant, cum ex illis duas gustasset, ait alteri de conservis: Nisi herum vererer, ficus istas ad unum comederem. At ille ait: Una tecum manducare me velis, viam dabo, qua nihil mali patiemur. Tunc ait Agathopus: Quo pacto id fieri poterit! At ille inquit: Hero cum venerit, dicas, quod Esopus ab opere veniens illos manducaverit. Esopus cum lingue tarditate se defendere nequiverit, verberibus quidem cedetur; nos vero nostrum implebimus desiderium. His inter se compositis, dum ficus singulatim manducant, inter se inquiring: Veh tibi scapulisque tuis, miser Esope, atque ita interloquendo ficus omnes comederunt. Herus a balneo reveniens petit ficus sibi apponi; ei Agathopus ait: Mi here, Esopus ab opere veniens cum penu reseratam reperiret, id ingrediens nulla habita ratione ficus omnes manducavit. Quo audito herus ita concitus ait: Quispiam ad me evocet Esopum. Is cum venisset, herus ait: Dic mihi, serve nequam, eatenus me veritus es, quod ficus penu mihi repositas ausus es comedere? Esopus his dictis trepidus, cum propter lingue nodositatem fari nequiret, coniectans [3<sup>b</sup>] id, quod res erat, oculos iecit in eos, qui corem aderant delatores, iussus deinde denudari, ad heri pedes procidens, ut potuit punctum temporis sibi dari exoravit. Exinde cursim vas aque calide, quod apud ignem extabat, capiens atque aquam in pelvim infundens ebibit, parum post digitis in ore positis aquam dumtaxat emisit. Nam eo die preter aquam illam nihil adhuc gustaverat. Tum rogavit, ut delatores sui pari modo aquam biberent, qui cum ebibissent, ne quid evomerent, manum ori tenebant. Sed stomachus, cum iam aque calore esset dissolutus, simul cum aqua ficus emisit; quod herus aspiciens ad illos reversus ait: Quid nam<sup>1</sup> mentiti estis in hunc, qui loqui haud potest, iussitque illos denudari ac virgis in publico cedi, inquiring: Quisquis in alium quippiam dolo fuerit contechnatus, pari mercede corium eius erit ornatum; ac die sequenti in urbem reversus est.

\*

1 Quid nam] Qui dum.

2. At Esopus cum in agro foderet, ecce Ysidis sacerdos, qui abrepta in urbem via erraverat, Esopum adiens rogat, ut que ducit in urbem viam stratam sibi demonstraret. Esopus leto vultu illum manducens sub arbore fici consedere fecit, tum ei de pane, oleis, ficubus ac dactylis apposuit, utque manducaret hortatus est, tum ad puteum profectus aquam hausit illique bibitum obtulit, deinde manu prehensens in viam stratam perduxit. Quo facto sacerdos levatis ad celum manibus pro Esopo preces effudit ceu pro eo, a quo tam libere fuit acceptus. Esopus agrum rediens, cum iam estus suffocatio esset, ut moris est, sub umbra obdormivit. Dea vero hospitalis Esopo in somno assistens largita est sapientiam ac lingue acuitatem necnon plurimarum variarumque [4<sup>a</sup>] fabularum inventionem, ceu illi, qui sibi devotus ac hospitalis erat. Esopus somno excitatus secum ait: Haud dulciter quievi, sed bellissimum somnum somniavi. Ecce sine impedimento loquor et que video suis nominibus appello, ut est rastrum, bidens, asinus, bos, currus; per deos singula nominatim teneo. Unde huius notionis gratiam tam subito accepi? pietatem enim, qua in hospites plurima sum usus, deo gratam fuisse arbitror, quippe qui recte agit, is spes optimas animo semper capit. Igitur letabundus accepto iterum rastro agrum fodere cepit. Sed cum agri curator ad operam reversus unum de servis acriter cederet, Esopus id moleste ferens villico ait: Cur hunc de nihilo tam acriter cedis, ac singulis horis nos abs re cedendo interimis, nihil opere ipse faciens? Hec tua in nos sevitia ut hero nota sit certe videro. Hec audiens curator nomine Zenas admirans Esopum iam iam loquentem et sibi se opponentem secum ipse ait: Preveniam ac mihi videbo, ne hic scelestus apud herum me criminetur et a villatione depositus essem; statimque assumpto iumento in urbem profiscitur heroque ait: Mi here, plurimum salve! At ille inquit: Ecquid eo trepidus advenis? Et Zenas ait: Nuperrime in agro tuo res longe monstruosa contigit. Quid, ille inquit, nunquit arbor ante tempus fructum produxit, aut quadrupes preter naturam peperit? Et Zenas: Minime, ait; sed servus ille scelestus Esopus clare loqui accepit. Tunc herus: Sit in rem bonam, inquit, hoc eatenus monstruosum videtur. Et Zenas: Eatenus, ait: Haud mirum, inquit herus, videmus quamplures, cum irascuntur pre ira loqui non posse, sed cum ira deserbuit<sup>1</sup>, expedite [4<sup>b</sup>] omnia fari. Tunc ait Zenas: Here, supra hominem lo-

\*

1 deserbuit] deferbuit.

quitur, mihi quidem contumeliosa dicit, te vero ac deos deasque omnes, proh nephas, acriter impieque blasphemat. Tunc herus ira percitus inquit: Zena, abi rus, et quod vis, de illo facito, cedito, vendito, perdito; dono illum tibi do. Zenas in scriptis donatione accepta rus veniens ait Esopo: In mea nunc es potestate, nam herus te mihi condonavit, et quia linguax nequam es, omino te venundari velim.

3. Forte fortuna contigit, quod mercator quidam, qui servos emerat, rus illud proficiscitur, ut iumenta pretio conduceret pro deportandis Ephesum servis. Is cum Zene obviasset, qui sibi notus erat, illum salutavit ac de iumentis rogavit. Cui Zenas inquit, nec pretio nec alia ratione iumenta ibi reperiri posse, sed servum se habere specie non insultum et etate comodum, si illum emere velit. Mercator ait, se cupere illum videre. Tunc Zenas Esopum accivit ac mercatori ostendit, quem mercator eo deformem intuens: Unde hec olla aut radix harundinis? ait, prodigiorum pugne tubicen esse videtur! Vauch, si voce caret, utrem inflatum esse putarem. Huius spurcitatatis gratia me huc a via recta duxisti! censebam quippiam scitum elegans ve emptum venire. Hisque dictis ad viam suam divertit; hunc Esopus secutus ait: Mane pauxillum. At mercator inquit: Noli me remorari, quippe nihil comodi ex me consequi potes; nam si te emerem, mercator prodigiorum vulgo appellarer. At Esopus: Ecquid huc venisti, ait. Ei mercator inquit: Veni quippiam elegans emere posse cogitans, sed tu nimium es sordidus ac deformis, et huiusmodi mercibus haud indigeo. Tunc ait Esopus: Si me mercaberis, nihil oberit tibi. Tunc mercator ait Esopo: Qua in re mihi [5<sup>a</sup>] prodesse quires? At Esopus ait: Non habes domi aut in venalitia pueros vociferantes lasciventesve? me emas et pedagogum illis constituas, quippe quam larvam me plus reformidabunt. Tunc mercator Esopi verbis stimulatus convertens se ad Zenam inquit: Quanti hanc spurcitiā? Zenas ait: Da tris obolos sive triginta asses. Nam certe scio neminem fore, qui hunc mercaretur. Mercator soluto pretio una cum Esopo in oppidum profectus est; ut vero venalitium intravit, ecce duo parvuli in matris gremio residentes, ut Esopum viderunt, territi vociferarunt ac vultus in sinu matris absconderunt. Tunc Esopus mercatori ait: Iam tenes argumentum pollicitationis mee. Parvuli nempe isti, ut me viderunt, visi sunt larvam intuitos esse. At mercator surridens inquit Esopo: I intro ac tuos salutato conservos. Esopus partem interiorē ingressus ibique pueros

speciosos ac puros <sup>1</sup> intuens ait: Salvete conservi boni! Illi autem inspecto Esopo secum inquam: Per solem, atrum spectaculum spectamus. Quid sibi vult herus noster, cum deformius corpusculum hactenus haud emerit.

4. Exinde mercator triclinium ingressus ait pueris illis: Vestram gemite fortunam. Nam nec iumenta reperio venalia, nec pretio ad vecturam. Dividite inter vos fasciculos istos, ut fieri potest, ac viaticum. Nam die crastino eundem est Ephesum. Cum pueri onera bini inter se dividerent, Esopus ait illis: Boni conservi, quoniam (ut videtis) et minor et debilis sum, onus quam levius mihi assignare velitis. At illi inquam: Ex quo non vales, nihil feras. Et Esopus ait: Cum vos omnes laboretis, haud convenit solum me hero exhibere inutilem. [5<sup>b</sup>] Tunc illi inquam: Quod vis cape. Esopus singula conspiciens, que deportanda erant, scilicet saccos, stramenta atque canistros, canistrum unum pane honestum, quem bini ferre parabant, cum intueretur, inquit: Hunc michi concedatis. At illi dixerunt: Nihil stultius hoc homine, qui cum levius rogaverit, gravius sibi onus delegit, morem sibi geramus. Esopus igitur canistro panis accepto, cum longe alios precederet, conservi illum intuentes simulque admirantes inquam: Hic ad laborem haud est segnis, nos sane omnes in deportando prece-dit; pretium suum iam salvum fecit, quippe iumentum cum ipso onere portaret, huiusmodique verbis Esopum deridebant, cum ipsi unum dumtaxat onus bini deferrent. Verum ad ascensum quandam cum Esopus prevenit, deposuit ab humeris canistrum, ac rursus manibus dentibusque illum apprehendens minori cum labore clivium ascendit ac in diversorium ante alios se recepit. Sed cum omnes applicuerunt, mercator iubens, ut parum quiescerent ac cibo se recrearent, ait Esopo, qui panem portabat: Da istis de pane ad manducandum. At Esopus tantum panis singulis distribuit, quod canistrus restitit fere semivacuus. Sed cum iam surgerent, Esopus onere levior longe prius quam reliqui ad mansionem pervenit. Vespereque facto panem rursus distribuens conservis canistrum evacuavit. Die postero cum dena-icarent, Esopus vacuo canistro ambulans ceteros eo longe precedebat, quod dinosci iam nequebat; eum intuentes conservi nec putantes esse Esopum alter alteri inquam: Ecquis ille, qui nos tanto anteit, nunquit nostras an peregrinus? Eorum quispiam ait: Non videtis, quo pacto

\*

<sup>1</sup> puros] pueros.

hic pomilio nos astu superavit? [6<sup>a</sup>] Quippe nos stramenta ceteraque onera, qui in itirene non consumuntur, ferentes eundo laboramus. At ille callidus, que dietim consumuntur panibus sumtis nunc vacuus et sine onere pergit.

5. At cum Ephesum eveniunt, mercator venale apud forum eos proposuit ac vendidit nec parum lucri fecit; tres solum vendi nequiverunt, hi fuerunt grammaticus, psaltes atque Esopus. Quidam mercatori notus ait illi: Si hos servos Samum <sup>1</sup> deferas, ibi ex sententia venumdabis, quoniam ibi est philosophus quidam nomine Xanthus, ad quem per plures ex Grecia <sup>2</sup>, Cycladibus Sporadibusve, discendi studio concurrunt. His dictis mercator suasus Samum navigat, deinde psaltem cum grammatico novas stolas indutos apud forum venale constituit. Esopum vero, quia specie turpissimus erat, solum cilicio amictum in medio amborum statuit, qui longe <sup>3</sup> formosi erant. Omnes, qui intuebantur Esopum, eius deformitate stupebant dicentes: Unde ludificum hoc portentum! nempe hic deformitate sua alios obumbrat. Esopus vero sentiens ridiculariis verbis se ludificari, stabat andax et omnes torve conspicabatur. Xanthus philosophus domo egrediens forum mercatorum proficiscitur ac sursum deorsumque obambulans cum illos duos pueros specie decoros <sup>4</sup> conspicatur ac in medio ipsorum Esopum, admiratus mercatoris inscitiam inquit: Vauch hominis astutiam! appropinquansque uni illorum ait: Cuias es tu? Tum ille inquit: Sum natione Capadox. Et Xanthus: Quid facere scis? ait. At ille: Quod vis, inquit. Quod cum audivit Esopus, effusus risit. Scholares, qui cum Xantho erant, conspicantes Esopum ita effuse ridere ac ridendo dentes aperte ostendere, visi sunt monstrum, non hominem intueri, ac [6<sup>b</sup>] inter se inquiunt: Ecquid uterus dentes habet! Alter ait: Quid vidit, quod tam affatim risit? Alius item ait: Non ridet, sed alget; rogemus ipsum. Accedensque unus ait: Esope, dic sodes scite puer, cuius rei gratia tam large risisti? Ei inquit Esopus: Bombax, quid malum? Bombax, ait ille. Tum inquit Esopus: Abi in malam crucem, pecus Thalassica. Suffusus ille rubore scholaris tacitus evestigio abiit. Ceterum Xanthus mercatori ait: Quanti psaltes? Cui mercator inquit: Mille nummum; quod pretium Xanthus nimium existimans accedit ad alium et ait: Cuias es tu? At ille inquit: Lýdus sum. Tum Xanthus: Quid rei facere scis? ait. At ille: Quod putas, inquit. Hoc audito

\*

1 Samum] Somum. 2 Grecia] gratia. 3 longe] longi. 4 decoros] decoris.

rursum largiter risit Esopus, quem ridere cum intuentur scolares in-  
 quiunt: Ecquid hic ad omnia ridet? Unus alteri ait: Si vis hyrcus  
 appellari Thalassicus, causam risus ipsum roga. Xanthus vero mer-  
 catori ait: Quanti grammaticus? Cui mercator inquit: Ter mille.  
 Quo audito Xanthus tacuit atque retroversus abiit. Tunc scolares  
 Xantho inquirunt: Preceptor, servi illi num tibi placent? Quibus Xan-  
 thus: Ymo, sed ea lege cautum apud nos est, quod tanti unum emi  
 non potest mancipium. Nam emptor esset gravi pena obnoxius. Tunc  
 unus e scolaribus inquit: Exquo formosi emi lege non possunt, emas  
 eum, quo non est deformosior alter. Quippe eadem servitia tibi ex-  
 hibebit, et nos pro eo pretium dederimus. Absurdam id esset, ait  
 Xanthus, atque uxor mea ita est deliciosa, quod haud pateretur a tali  
 servo sibi deserviri. At scolares item inquirunt: Magister, tua pre-  
 cepta perplura sunt, quibus mulier sine <sup>1</sup> controversia acquiescet. Tum  
 Xanthus ait: Prius ex ipso queramus, quid facere didicerit, ne pre-  
 tium per incuriam perdiderimus. [7<sup>a</sup>] Et conversus ad Esopum ait:  
 Salve puer. Esopus inquit: Queso, ne mihi molestus sis. Et Xan-  
 thus ait: Te saluto. Et ego te, inquit Esopus. Xanthus ait: Omitte  
 molestias et ad rogata responde. Cuias es tu? Inquit Esopus: E carne.  
 Et Xanthus inquit: Non id rogo, sed ubi genitus. Esopus inquit: In  
 utero matris mee. Xanthus ait: Nec id etiam rogo, sed quo in loco  
 sis natus. Inquit Esopus: Mater mea me certum non fecit, quo cubili  
 me peperit, utrum in atrio an in cenaculo. Xanthus ait: Cedo, quid  
 facere didiceris? Inquit Esopus: Nihil. Xanthus ait: Quo pacto nihil?  
 Inquit Esopus: Quoniam hi conservi mei, cum se omnia facere <sup>2</sup> pro-  
 fessi sunt, nihil mihi reliquerunt. Tunc scolares admirantes inquirunt:  
 Per divinam sapientiam, apposite respondit. Nam, qui sciat omnia,  
 haud reperitur, hac igitur causa tunc tam largiter risit. Xanthus ait:  
 Dic, queso, vin, quod te emam? Inquit Esopus: Id est in te,  
 quippe nemo te cogit; tamen si tibi est cordi, apperi fores marsupii  
 et numera argentum, sin autem, dirumpito marsupium. Tunc scolares  
 inquirunt: Per deos, hic ipsum superat preceptorem. Xanthus ait:  
 Queso, si te emero, ecquid aufugies? Inquit Esopus: Si id facere  
 vellem, haud te consulerem. Xanthus ait: Probe dicis, sed deformis  
 nimium es. Inquit Esopus: Non corporis faciem, sed mentem animum  
 ve hominis quis intueri debet. Tunc Xanthus mercatori ait: Quanti

\*

1 sine] fehlt.      2 facere] facere.



hunc? Inquit mercator: Specta me modo, tu mercis profecto es nimium inscius. Xanthus ait: Ecquid ista dicis? Inquit mercator: Quia dignos te omittis et indignum sumis. Cape alterum illorum et hunc valere sinas. Xanthus ait: Queso quanti hunc. Inquit mercator: Nummum sexaginta. Scholares pretium mercatori dinumeraverunt et eo pacto potitus est Xanthus Esopo. [7<sup>b</sup>] Telonarii <sup>1</sup> huiusmodi venditionem cum acceperunt, curiose querunt, quis foret emptor et quis esset venditor. Sed cum Xanthus et mercator inter se componunt, ut pretium minus dicerent, inquit telonariis Esopus: Hic quidem est emptor, ille vero venditor; quod si hoc uterque denegat, ego assero me liberum fore. Hoc cavillo telonarii surridentes telonium Xantho largiti sunt. Dum quisque ad propria loca diverterent, et Esopus Xanthum sequeretur, contigit quod Xanthus deambulando mierit. Quod conspiciens Esopus Xanthum pallio prehensens: Here mi, inquit, nisi me actutum vendis, abs te actutum fugio. Et Xanthus: Quamobrem? ait. Esopus inquit: Quia tali domino servire nequeo. Xanthus ait: Ecquid? Inquit Esopus: Quia cum dominus sis, nihil veris cum nature requiem non tribuis sed ambulando demingis, quod si forte ad obeunda servitia missus forem et venter purgari expeteret, opus mihi foret, id facere volando. Xanthus: Hac, queso, causa haud movearis, sed aures erige ad ea, que dixerō. Tria incomoda vitare cupiens minxi deambulans. Primum, ne solis estus, cum sit meridies, lederet caput. Secundo, ne pedes urina ureret. Postremo <sup>2</sup>, ne urine nidor nasum offenderet. Hec tria incomoda vitavi ambulans dum minxi. Tunc Esopus inquit: Mihi fecisti satis. Ceterum ante domum iam cum essent, Xanthus ait Esopo: Hic ante hostium mane parumper, dum gynecium vado ac here tue verba de te facio. Esopus inquit: I, nihil te moror.

6. Xanthus gynecium ingressus ait uxori: Domina, non amplius mecum ages contumeliis, quod semper concuperem mihi pueros tuos; ecce tibi sum mercatus puerum ita scitum, quod elegantiozem hactenus vidisti neminem. Ancille cum hoc acceperunt. [8<sup>a</sup>] putantes id esse verum, quod dicebatur, invicem contendere ceperunt atque dicere, una quidem: Herus mihi virum comparavit. Altera vero: Ast ego in somnis visa sum, quod desponsata eram. Dum ancille invicem cavilantur, uxor Xantho inquit: Ubi nam est hic, quem tantopere laudas?

\*

1 Telonarii] Teolonarii.

2 Postremo] Postreme.

Inbe eum coram accedere; et Xanthus ait: Anto hostium est; quispiam novum emptum mihi accersat. Una ex ancillis, dum alie contendunt, tacita perveniens secum ait: Ibo pre et illum pro viro mihi vado. Itaque egressa hostium inquit: Ubi nam est novus mihi speratus? Esopus illi ait: Quem queris, ego ille sum. Esopum cum ancilla aspexit, tota expalluit ac territa inquit: Heus lemur cedo, ubi est cauda. Esopus ait: Si egebis cauda, haud tibi defecerit; et cum vellet intrare inquit ancilla: Huc haud intraveris, quippe omnes cum te viderent e domo aufugerent; deinde ad socias egressa ait: Hui, permaximum malum, ite et videte! Altera foras proficiscens cum Esopum tam deformem conspicatur, inquit: Tuum crepitus percruat os; i intro cave sis, ne me attingas. Esopus cum introisset, here sue se continuo presentavit, ast illa cum illum aspexit ora continuo retrovertens Xantho inquit: Monstrum pro servo mihi attulisti! abige illum a me. Et Xanthus ait: Coniunx mea, sis ad modum animo quieto, nam in servum hunc salibus usa es satis, et illa inquit: Xanthe, non sum nescia te esse mei osorem et aliam tibi cupere uxorem, et quia apperte dicere non audes, ideo caninum hunc capitonem mihi attulisti, putans me prius domum abituram, quam pati me coram illum obversari; verum enim restitue dotem et ego abibo actutum. Tunc Xanthus ait Esopo: Dum in via eramus, verba abunde [8<sup>b</sup>] efferebas; nunc, ubi est opus loqui, verborum nihil facis. Et Esopus inquit: Here, hanc tuam uxorem, exquo ita est morosa, in tenebras deicito. Et Xanthus ait: Tace verbero, num vides me illam non secus ac meipsum amare? Tunc inquit Esopus: Queso, tu amas uxorum? Quid ni, Xanthus ait. Tum Esopus altero pede quatiens pavementum, sub altiori voce exclamavit: Xanthus hic philosophus ab uxore tenetur! Et conversus inquit ad heram: Hera mea tu amabo pace tua dixerim. Velis tibi emi puerum etate iuvenem, forma speciosum, scitum, comptum et haud insulsum, qui in balneo te spectet, in cubiculo collocet, pedesque pertractet ac te nuente philosophum confundat; proh Euripidis aureum os ac mentiens nihil et potissimum, ubi dicit: Permulti sunt impetus maris undarum, permulti sunt quoque impetus torrentium, difficile quidam est paupertas, difficilia nempe rerum aliarum millia multa, sed nihil difficiliss ac deterius femina mala <sup>1</sup>. Tu vero, hera, noli amabo appetere speciosos tibi pueros, qui tibi obsequantur, ne puncto temporis dede-

\*

1 Euripid. fragm. 880 Wagn. Stobaeus 73, 1.

cus et infamiam tuo deferas viro. Hec cum illa accepisset, inquit: Non modo deformis, sed etiam linguosus hic trucigerulus est; quibus verbis me ludificatur. Ast ego mihi prospexero ac me permutavero. Tum Xanthus ait: Ecce tibi Esope hera placata est. Et Esopus ait: Non facile datur mulierem posse placari. Et Xanthus inquit: Tace de cetero, quippe te emi, ut servias et haud contendas; cape sportulam et sequere me, ut olera emamus.

7. Profecti igitur ad quempiam ortum, Xanthus olitori ait: Da nobis de oleribus. Ortulanus vero falce assumpta betas et alia olera simul secuit atque illa Esopo tradidit; eorum cum Xanthus pretium solvisset atque abiret, [9<sup>a</sup>] inquit olitor: Queso magister, manendum, egeo enim unum te alloqui verbum; et Xanthus ait: Maneo, loquere quid vis; et alitor inquit: Magister, olera, que diligenter seruntur colunturque curiose, quare tardius veniunt, quam que oriuntur per se se et haud coluntur? Hanc philosophicam questionem cum Xanthus accepit nec solvere quiret, ait: Divina quadam providentia huiusmodi res producantur. Quibus dictis cum Esopus affatim rideret, Xanthus: Rides ne barde, an derides? ait, et Esopus: Derideo, inquit, non te, sed qui te docuit philosophum. Ecquid philosophicorum solutio est, divina providentia hec produci? Homines clitellarii idem quoque dixissent. Solvas tu igitur, ait Xanthus. Inquit Esopus: Id mihi, si iubes, facile factu est. Tunc Xanthus ad olitorem conversus ait: Non decet philosophum, qui in auditoriis continue disserit, apud ortos <sup>1</sup> enigmata solvere, sed puer hic meus, qui in his satis est scitus, tibi questionem solvet; quare, quod mihi proposuisti, ipsum roga. Tunc ortulanus: Iste impurus litteras novit? veh huic infortunio meo. Deinde conversus inquit Esopo: Heus puer, tu harum rerum notionem tenes? Cui Esopus ait: Tenere arbitror, sed esto attentus; tu rogas, quare que seris et colis ea olera tardius crescunt, quam que sponte sua oriuntur et haud coluntur. Nunc auribus audi; quemadmodum enim mulier vidua ex priori viro liberos habens et alteri viro nubit, aliis mater, aliis noverca extitit. Multum igitur refert inter filios ac privignos, quippe qui filii sunt diligenter et affectione educantur, qui vero privigni, non modo negliguntur, verum odio persepe habentur. Eodem modo terra his quidem mater est, [9<sup>b</sup>] que olera per se oriuntur, illis vero noverca, que manu hominum seruntur. Hec cum audisset olitor

\*

<sup>1</sup> ortos] ortus.

Esopo inquit: Me multa molestia levasti; gratis olera habeas et cum his rebus tibi opus est, huc accedas et quodvis accipito gratis.

8<sup>1</sup>. Postridie cum Xanthus in balneo se levaret una cum quibusdam sibi familiaribus, ait Esopo: Vade domum, lentem in cacabo pone et quam potes ocus coque. Currrens Esopus domum ingressusque penu lentis granum dumtaxat in cacabo ad coquendum posuit paravitque statim quicquid parandum fuit. Post lotionem Xanthus amicis ait: Hodie mecum de lente prandebitis, quippe inter amicos non cibi elegantia, sed animi voluntas potissimum spectanda est. Itaque cum domum venissent Xanthus ait Esopo: Apporta nobis de balneo. Esopus statim labrum capiens ac secessum accedens lotura illud implevit heroque suo tradidit. At Xanthus sentiens nidorem: Quid hoc scelerum caput, ait, sanus ne es? Aufer hinc et porta pelvim. Esopus continuo pelvim simpliciter apportavit, et Xanthus iam stomacans ait: Ecquid puer scis iam. Tunc inquit Esopus: Abs te semel mandatam est mihi, ut nihil facerem, nisi quantum michi tu iusseris; tu non dicis, pone aquam in pelvi, lava nobis pedes, para sandalia et alia, que parari opus est, sed tantum: porta pelvim; ecce attuli. Tunc Xanthus ad amicos conversus ait: Non servum emi, ut videtis, sed magistrum et preceptorem. Cum igitur discumberent, Xanthus ait: Si lens iam cocta est, nobis afferto. Esopus lentis granum, quod solum ad coquendum posuerat, et cacabo cocleari capiens Xantho tradidit; pudans Xanthus id sibi tradi, ut perciperet, si cocta lens esset, lentem digitis terens: Cocta est, ait; affer, ut manducemus. Esopus ius pro ferculo in mensa [10<sup>a</sup>] dumtaxat apposuit, ei Xanthus: Ubi lens est? ait. Esopus ait: Tibi modo in cocleari tradidi. Ita granum lentis, ait Xanthus. Granum inquam, inquit Esopus; dixisti enim, ut lentem coquerem in singulari et non in plurali lentes. Tunc Xanthus animo dubius ait ad discumbentes: Hic profecto ad insaniam me redeget. Exinde ad Esopum conversus ait: Ne videar amicos ludificasse, vade, eme pedes suinos quatuor, illosque actutum coque menseque appone. Esopus evestigio pedes emit et ad coquendum posuit in olla. At Xanthus causam querens, quo illum iure cedere posset, dum Esopus aliis intendit negotiis, unum e pedibus traxit ex olla illumque abscondit. Parum vero post Esopus ollam inspiciens cum tantum pedes tres reperit, et existimans id quod res erat, in stabulum descendit et porco, qui ibi

\*

1. Linse, Pauli, 605.

erat, pedem unum gladio cedit ac sursum rediens posuit in ollam. Verum Xanthus verens, ne Esopus, si pedem non invenerit, metu verberum aufugeret, dum Esopus inferius descenderet, in olla reposuit pedem. Esopus ubi pedes sunt cocti vacuans ollam in catinum, ecce quinque desiliunt pedes; quam rem cum animadvertisset Xanthus ait: Quid istuc Esope, nunquid porcus unus quinque pedes habet? Inquit Esopus: Et porci duo quot pedes habent? Xanthus ait: Octo. Sed hic sunt quinque, inquit Esopus, et porcus, qui inferius est, tres solum pedes habet. Tunc Xanthus amicis ait: Num vobis iam dixi, quod is quam <sup>1</sup> primum me rediget ad insaniam? Et Esopus inquit: Nunquid scis, here, quod omnia, que fiunt ac dicuntur secus quam recta dictat ratio, ea non sunt mediocritates. Tunc Xanthus cum non haberet causam, qua illum iure cederet, tacitus sedit.

9. Postridie cum scolares apud Xanthum in auditorio essent, unus [10<sup>b</sup>] ex eis cenam opipere paravit, et cum cenaret, Xanthus ex epulis portionem unam accepit ac Esope tradidit inquires: I domum ac benivolenti mee hoc tradito. Esopus domum abiens secum ait ipse: Nunc datur occasio heram ulcisci posse ex suis in me maledictis contumeliosive; nunc liquido apparebit, quis hero benivolens fuerit. Domum igitur ingressus consedit heramque nomine appellans sportulam cum epulis coram apposuit atque inquit: Hera mea, ex his epulis nihil gustaveris. Et illa ait: Semper amens et male sanus existes. Esopus inquit: Hec non tibi, sed benivolenti sue Xanthus dari iussit, vocansque caniculam, que domi perpetuo stabat, inquit: Veni lupa astricta hisque epulis ventrem discende ac nunc te satura <sup>2</sup>. Canicula cauda applaudens epularum nidorem secuta est, cui Esopus ossulatum epulas porrigens inquit: Herus tibi et non alii hec dari iussit. Deinde cum ad Xanthum redisset, Xanthus ait: Ecquid bevivolenti mee illa dedisti? Ei Esopus: Tradidi, inquit, coram me <sup>3</sup> omnia manducavit. Et Xanthus: Quid dixit, dum manducabat? Ait Esopus: Profecto dixit nihil, sed te cupere visa est. Uxor vero Xanthi merens gemensque thalamum intravit. Postquam estum est atque potatum abunde proplemata vicissim varia ultro citroque proposita sunt, ex illis quispiam quesivit, quo tempore major mortalibus difficultas incumberet. Esopus ingenio promptus, qui retro alios stabat, inquit: Quando mortui sui quisque corpora in resurrectione requirent. Quo dicto scolares surri-

\*

1 quam] quod.    2 satura] statura.    3 me] fehlt.

Æsop.

dententes inquam: Acutus profecto puer hic est et minime ingenio bardus et a Xantho quam apte perdoctus. Tum alter quesivit: Propter quid est, quod cum pecus ad occidendum trahitur, tacita sequitur et minime vociferat, et porcus nec se trahi permittit sed [11<sup>a</sup>] continuo clamat et stridet? Esopus rursus inquit: Quia pecus cum solita nunc sit mulgeri, modo tonderi, facile se trahi tacita permittit, putansque se trahi, ut mulgeatur aut tondeatur, non formidat ferrum. Sed secus est in porco, cuius nec lac nec pili usui sunt, sed caro solum et ipse sanguis. Itaque cum trahitur longe sibi metuens tantopere stridet. Tum scolares Esopi dictum approbantes ad unum collaudaverunt surrexeruntque, deinde ex maturo valefacientes diverso itinere domum quisque abierunt.

10. Xanthus cum domum venit thalamum ingressus uxori merenti perblandiri cepit. At illa faciem avertens ait: Abi atque abstine manum. Et Xanthus ait: Eia mea amenitas, non decet te esse tristem viro tuo. Et illa inquit: Mitte me, nam hic non maneo amplius; voca caniculam et illi blandiaris, cui de epulis misisti ad manducandum. Xanthus rei inscius inquit: Quid tibi attulit Esopus: Mihi nihil, ait illa; et Xanthus inquit: Nunquit ego sum ebrius? tuam tibi portionem per Esopum misi. Mihin, inquit illa. Tibi, inquam, Xanthus ait. Et illa inquit: Non mihi, sed canicule, ut retulit Esopus. Tunc Xanthus ait: Ad me quispiam accersat Esopum. Ei accedenti Xanthus ait: Cui opulas illas dedisti? Inquit Esopus: Benivolenti tue, ut mihi mandasti. Et Xanthus uxori ait: Ecquid audis Esopum. Probe audio, inquit uxor, sed dico ac iterum dico, nihil mihi traditum fuisse, sed canicule, tenes dum. Et Xanthus ad Esopum conversus ait: Cui tradidisti? cedo furcifer. Et Esopus inquit: Cui ut traderem iusisti? Ait Xanthus: Benivolenti mee. Inquit Esopus: Benivolenti tue traditum est. Et Xanthus ait: Ecquis est illa fugitive <sup>1</sup>. Et Esopus caniculam vocans: Hec est tua benivolens, inquit, quoniam mulier, quem amat, minime [11<sup>b</sup>] amat, nam si re minima offenditur, statim convitiatur, furit, insanit ac domo abit. Canis si persequaris, cedas, contendas nunquam recedit, sed domino item vocanti immissa inter femora cauda repens venit ac blanditur. Debuisti ergo dicere: Fertio hoc uxori, et haud benivolenti mee. Tunc Xanthus inquit uxori: Tu vides clare, culpam geruli et haud meam fuisse; verum habe animum

\*

1 fugitive] fugitive.

quietam, queso, nam invenero causam, quamobrem ipsum iure verberibus cedam. At illa inquit: Age tecum, ut lubet, nam mecum nihil negotii de cetero erit; captatoque tempore domo clanculum egressa ad parentes abiit. Erus abitionem cum Xanthus ferret moleste, sibi inquit Esopus: Nunc profecto vides, quod non uxor, sed canicula te iure diligit. Dies vero aliquod cum domum non rediret, Xanthus graviter ferens rogari fecit, ut admodum veniret, et cum illa non pareret, sed in diem staret magis obstinata, inquit Xantho Esopus: Here, esto hilari animo! efficiam profecto, quod sola et minime rogata domum curriculo curret. Acceptisque nummis die altero tendit in forum, ac de gallinis, pipionibus anseribusque emit. Exinde transiens per viam, ubi Xanthi uxor habitabat idque nescire simulans, unum ex servis, qui inde exibat foras, rogat, siquid nuptiis appositum domi venale foret. Cum ille quereret, quisnam esset ille, qui celebraret nuptias, Esopus ait: Xanthus philosophus die crastina ducit uxorem. At servus ille hoc audito statim domum ingressus, que ab Esopo acceperat, uxori Xanthi renuntiavit. Illa evestigio atra bili percita clamitans ac vociferans Xanthi domum proficiscitur, deinde domum ingressa ait: Hoc illud erat, quod per servum improbum me ludificabas; sed non efficies, [12\*] quod tibi sperasti, nam me viva domum istam mulier alia non intrabit. Xanthe, Xanthe, tibi inquam Xanthe.

11<sup>1</sup>. Post dies paucos cum Xanthus auditores ad prandium invitasset, ait Esopo: Emito, quod sit optimum lepidum ve. Esopus forum abiens secum fabulabatur: Nunc ostendero me haud esce insulsum in apparando prandium. Et cum ad macellum venit, porcinas linguas solum emit illasque paravit ac mensam apposuit. Cum Xanthus cum auditoribus discumberet, ait Esopo: Ferto ad manducandum. Esopus linguas apposuit cum acetario; scolares Xanthum collaudantes inquirunt: Preceptor, prandium hoc tuum est philosophia plenum. Post paululum Xanthus item Esopo ait: Ferto aliud; Esopus linguas rursum apposuit cum aleo et pipere conditas. Tum scolares inquirunt: Veh magister, lingua apposite apposita est, quoniam lingua acuitur lingua! Parum post Xanthus ait Esopo: Ferto aliud. Esopus iterum linguas apposuit. Qui discumbebant iam stomachati: Usque quo linguas, inquirunt, Esope? Xanthus igitur animo motus ait Esopo: Ecquid habemus aliud? Esopus inquit: Certo nihil. Et Xanthus: O sce-

\*

1 Gute und schlechte zungen. Kirchhof 3, 129 bis 132.

leris caput, cedo! non tibi dixi, id emito, quod sit optimum ac lepidissimum? Et Esopus inquit: Dixisti; sed diis gratias ago, quod hic nunc assunt homines philosophi, ast abs te scire velim, quid melius et quid lepidius sit lingua. Quippe omnis ars omnisque doctrina ac philosophia lingua sunt constituta. Item dare, accipere, salutare, forum, mercatura, gloria, muse, cunnubia civitatesque ipse lingua efficiuntur; lingua homines exaltantur, lingua mortalium vita fere tota consistit. Itaque nihil lingua melius, nihil lepidius, nihil salubrius mortalibus ab immortalibus [12<sup>b</sup>] datum reperies. Tunc scolares Esopo applaudantes inquirunt: Probe ait Esopus; quare tu preceptor errasti, quod hoc facinus secus putasti. Hisque dictis surrexerunt abieruntque. Die vero sequenti Xanthus apud <sup>1</sup> auditores suos se purgare cupiens ait illis: Heri non ex mea, sed servi inutilis sententia cenastis; hodie epulas permutabimur, nam quid facturus sit coram imperabo; accitoque Esopo ait: I et quod deterrimum ac marcidum invenis, id emito in cenam; hi enim omnes apud me sunt cenaturi. Esopus vero nihil territus abiit in macellum, rursus linguas emit illasque, quo antea modo paraverat, pari modo iterum parat. Vespere autem cum scolares discumberent, Xanthus Esopo ait: Ferto ad comedendum. Esopus linguas item modo superiori cum acetario in mensa apposuit. Tum scolares inquirunt: Item ad linguas devenimus! Et Esopus alias linguas apposuit. Quod cum discumbentes ferrent indigne, Xanthus Esopo ait: Non quod esset optimum lepidumve, sed quod foret putridam ac deterrimum ut emeris, tibi imperavi. Verissima sunt, que dicis, ait Esopus. Sed quid reperitur deterius ac olentius lingua? Lingua homines pereunt, lingua in paupertatem devenitur, lingua urbes evertuntur, lingua mala omnia oriuntur. Tunc ex discumbentibus quispiam Xantho ait: Si huic intenderis, ad extremam profecto devenies insaniam. Nam qualis forma corporis, talis ei animus existit. Et inquit Esopus: Tu es aculeus nimium improbus et nimium acriter in servum stimulas herum, et quam ceteri longe es curiosior.

12. Xanthus causam querens, ut Esopum cedere posset, ait fugitive: Exquo philosophum [13<sup>a</sup>] appellas curiosum? i atque adducito hominem non curiosum. Esopus domo egressus hominem incurium si reperire quiret circumspicit. Et cum in via perplures conspiceretur, rusticum quandam secus sedentem intuens ait illi: Herus meus te vo-

\*

1 apud] fehlt.



cat ad prandium. Rusticus, quamobrem ab ignoto vocaretur minime querens, continuo Esopum sequitur securus talaribusque luculentis domum ingressus sine cura quapiam tacitus consedit. Tum Xanthus Esopo ait: *Ecquid hoc hominis?* inquit. Esopus: *Homo non curiosus.* Tum Xanthus submissa voce inquit uxori: *Domina, ut Esopum iure ulciscar et alii ad parendum sint promptiores non gravate feras, que tibi dixerō.* Deinde alta voce ait: *Domina, pone aquam in pelvi et lava pedes huic peregrino, existimans, quod rusticus ille pudore confusus domo abiret et Esopus vapularet.* Illa, ut Xanthus iusserat, pelvim cum aqua ad pedes rustici ponit. At ille <sup>1</sup> non inscius, quod domina domus erat, secumipse cogitans ait: *Vir iste, quia honorare me vult, non servis nec ancillis, ut pedes mihi lavent, sed uxori mandavit; ac pedes extendens se lavari permisit lotusque quievit.* Xanthus item uxori ait: *Dato sibi ad libendum.* Rusticus intra se ait: *Et si deceat eos bibere prius, tamen exquo sic visum est sibi, parebo mandatis.* Acceptoque poculo audacter bibit. Cumque pranderent Xanthus ei apposuit piscem atque inquit: *Comede.* At ille omni vacuus cura dum sapide manducat, Xanthus evacuato coquo ait: *Piscis iste non bene conditus est; iussit coquum spoliari ac verberibus cedi.* At rusticus intra se dixit: *Huic pisci de condimento deficit nihil; hic non iure ceditur, sed quid mea refert, ei coquus ceditur? ego ventrem opipere explebo.* Xanthus dum hospes taciter piscem commedit [13<sup>b</sup>] garire desinit; parum post, cum placenta in mensa apponeretur, rusticus statim in frustra instar laterum cedens, Xantho non advertente edere cepit, at cum Xanthus aspexit ipsum tam avide edentem, panarium evocari fecit ipsique ait: *Placenta hec impurissima, nec mel nec piper habet; et panarius ait: Si placenta de meis est et non rite sit confecta me cedito usque ad necem. At si de meis non est, non ego, sed uxor tua in culpa est.* Xanthus ait: *Si hoc ab uxore procedit ipsam comburi, vivam modo faciam!* accitaque uxore sibi annuit, ne quid respondeat, ut Esopum cedere queat. Tum cuipiam ex servis ait: *Ferto de sarmentis sursum in cenaculo, statuite pyram atque incendite, et tu, Esope, cape uxorem et pyrā super, ut conburatur, impone.* Hoc simulavit Xanthus, existimans rusticum surgere debere ac negotium impedire velle; verum rusticus tacitus secum dixit: *Is abs re uxorem conburere festinat.* Tum Xantho ait: *Queso, domine, si uxorem conburere intendis, mane*

\*

1 ille] illa.

parumper, dum ex agro meam adduco, ut ambo simul conburantur. Quod audiens Xanthus simulque admiratus firmum illius animum ait: Hic homo vere incurius est atque coaversus! vicisti me, inquit, heus Esope; sed ista satis haecenus sint, in futurum, si fideliter ac diligentur mihi servitutem servies, quam mox libertatem consequeris. Et Esopus ait: Ita me in omnibus continuo geram, quod mihi iure haud succensueris.

13<sup>1</sup>. Postridie Xanthus ait Esopo: Abi et vide, si multi homines in balneo sint, nam lavatum, si non sit multitudo, accedere velim. Esopus cum viam viaret, pretori urbis obviavit, qui quod servus esset Xanthi cognoscens ait: Quo tendis lepidum caput? Illi Esopus: [14<sup>a</sup>] Neacio sane, inquit. Deludi se putans pretor ab Esopo, iussit ipsam in carcerem duci; Esopus cum duceretur in carcerem ait: Verum dixi tibi, o pretor, quod, quo irem, ignorabam. Nam in carcerem debere duci minime cogitabam. His dictis pretor surridens iussit Esopam missum fieri. Pergens igitur Esopus in balneum, cum magna multitudo hominum adesset, videt intrantes et exeuntes ad lapidem offendere pedes; unus tandem, qui in aditu ostii situs erat, balneum ingrediens cum pedem ibidem offendisset, ipsum lapidem inde amovit ac seorsum posuit. Esopus domum rediens ait Xantho, unum dumtaxat in balneo hominem esse. Et Xanthus inquit: Cape, quae opus sunt, et abeamus. Ingressus igitur in balneum Xanthus ac turbam hominum conspiciens multam indignans ait Esopo: Unum dixisti verbero, unum dumtaxat hic adesse hominem? Dixi, ait Esopus, nec uno plures hic in presentia sunt, quod, si me audis, verum esse, quod dixi, fateberis. Lapis ille, quem in angulo vides adesse, erat cum huc veni ostii in aditu situs; omnes, qui tunc intrarunt, ad ipsam pedes offenderunt, nec inde tamen amoverunt. Unus dumtaxat, ex quo pedem offendit, ubi nunc vides secus locavit. Illum hominem dico. Tunc Xanthus ait: Quam tardus fuisti ad excusandam.

14. Xanthus postquam se lavit domum reversus dum ventrem purgaret et Esopus iuxta cum aque urceolo stans expectaret, sibi Xanthus ait: Dic mihi, Esope, quamobrem homines statim, cum ventrem purgaverint, suas quisquam inspicunt feces. Tunc inquit Esopus: Apud veteres sapiens quidam cum ad secessum sedere diutius per leticias dilectaretur, sensum sedendo una cum fecibus effudit; ex illo tempore [14<sup>b</sup>] homines huiusmodi casum formidantes, eum egerunt suas

\*

1 Mensch im bade. Pauli 604.

semper inspiciunt feces. Tu vero id formidare desinas, nam quod non habes, id perdere non potes.

15. Die vero sequenti Xanthus cum amicis discumbens ac manu poculum tenens, cum variis que proponebantur problematibus turbaretur, ei Esopus ait: Here, extat apud Dyonisium, quod crater sodalicus tres precipue continet vires. Prima quidem vis est ad voluptatem, secunda ad hylaritatem, tertia vero ad insaniam. Quare obsecro, bibite leti rebusque ceteris nunc valete <sup>1</sup> dicite. Et Xanthus vino iam madidus: Tace horci et tenebrarum symbolum! Et Esopus ait: Cum ad horcum veneris, vide, ne te ulciscar. Quidam ex scolariis percipiens Xanthum vino paulisper gravatum ait: Die mihi, preceptor, homo unus mare totum bibere posset? Quid ni, Xanthus ait, nam egoipse totum ebiberem. Et scholaris inquit: Et si non biberis, quid deponis? Domum, Xanthus ait. Utaque hoc saper conventionibus factis anulos quisque pro symbolo tradunt ac domum abeunt. Mane autem facto cum Xanthus surrexisset ac faciem lavaret, non videns anulum illumque querens ait Esopo: Scin tu, ubi meus situs est anulus? Nescio, inquit Esopus, sed certe scio, quod huius domus cito <sup>2</sup> hospites erimus. Ecquid? Xanthus ait. Quia heri, inquit Esopus, pactus fuisti, totum mare te bibitum fore, quo super federe deposuisti pro symbolo anulum. Xanthus re audita territus ait: Quo pacto mare totum bibere possem? hoc haud fieri potest; queso te igitur, Esope, ut quantum ingenio vales, me consilio iuves, ut aut vincam, vel saltem federa solvam. Esopus inquit: Vincere non potes, sed pacta solvere potes. Et Xanthus ait: [15\*] Da mihi viam, qui id efficere possim. Ecce via, inquit Esopus; cum te requireret adversarius, ut sibi prestes, que fuisti pollicitus, iube tunc stratum grabatum mensam ve <sup>3</sup> in maris littore parari ac pueros pincernas coram astare. Et cum cernis plebem ibidem congregatum, fac scyphum in mari lavari, deinde salis aqua plenum manutenens, iube per conventionem pacta universa multitudini exponi. Tu vero, que in vino promisisti, eadem sobrius asseras dicasque: Viri Samii, audivistis me mare totum ebibere promississe; sed ut scitis, multa flumina in mare decurrunt multique rivi ac torrentes; avertat flumina, ne in mare defluant adversarius, et ego, quod pollicitus sum, prestabo; et isto pacto adinvicem dissolvemini. Xanthus cernens hanc comodam fore viam, summe gavisus est. Ecce iam, qui fedus notave-

\*

1 valeto] valere. 2 cito] scito. 3 ve] fehlt.

rat, significans Xantho presentibus civitatis quibusdam<sup>1</sup> senatorii ordinis civibus, ut illa prestat, que die superiori pactus fuerat. Xanthus statim iubet stratum, mensam ac sedem iuxta littus parari, et cum populus spectatum iam convenisset, Xanthus autem in grabato sedens iubet scyphum lavari et aque plenum sibi propinari. Scyphum igitur manutenens inquit federario, ut in publico federa exponeret. Quibus publice expositis Xanthus ad populum conversus ait: Viri Samii, ut cuilibet est notum, multa flumina, multi rivi, multi torrentes in mare prorumpunt. Claudat adversarius fluminum ora, et ego, ut promisi, mare totum ebibam. His dictis universa multitudo plaudens Xantho conclamant. Tunc scholaris ille Xanthi adversarius ad genna procidens ait: Magne preceptor, [15<sup>b</sup>] fateor me esse abs te superatum. Quare pro tuo nutu federa oblitterentur; quod ut fieret, Xanthus annuit populo exorante. Ceterum cum domum revertisset, Esopus Xanthum oravit, ut ceu bene merentem merenti manumitteret eum. At Xanthus ipsum maledictis persequens ait: Abi hinc, venefice, hoc enim a me haud hodie exorabis! Exi foras ante ostium, et duas si vides cornices, id mihi renunciato, quippe bonum est omen duas vidisse; sed unam dumtaxat est augurium pessimum. Esopus domo egrediens cum duas videret cornices super arborem sedentes, id statim Xantho renunciavit. Xanthus foras exiens cum unam modo cornicem cernat, nam altera obiter volaverat, ait Esopo: Dic mihi, cruciarie, ubi sunt due, quas vidisti, cornices? Inquit Esopus: Una obiter, dum tibi renuntio, volavit. Xanthus ait: Mos tibi innatus est, veterator, cavillando me semper illudere; sed dignum technis tuis premium tandem reportabis, iussitque illum spoliari ac verberibus supra modum cedi. Dum Esopus vapulat, quidam venit et ad prandium Xanthum vocavit. Tunc Esopus: Heu me miserorum miserrimum, inquit; ego, qui duas vidi cornices, vapulo; Xanthus, qui solum vidit unam, ad delicias vocatur; nemo est, cui bone aves sint magis adverse! Quod dictum Xanthus admiratus simulque promptum eius acumen ingenii ait fustigariis: Mittite eum in malam rem suam!

16. Post dies aliquot Xanthus ait Esopo: Para prandium elegans et opipere, nam scolares pransuri sunt hodie mecum. Esopus emptis, que emenda erant, ad domum veniens ac in triclinio cubantem inveniens heram ait: [16<sup>a</sup>] Hera, cave amabo paululum, ne, que hic

\*

1 quibusdam] cuiusdam.

appono, canis manducaret. At illa inquit: Abi modo et ne cures, nam nates mee oculos habent. Esopus, cum que paranda erant, paravisset, iterum in triclinium <sup>1</sup> veniens heram reperit dormientem ac contra mensam nates habentem, recordatus, que antea dixerat, sibi amotis ea parte pannis nates illi tacitus detexit ac dormire permisit. Xanthus domum regrediens cum scolaribus cum videt uxorem partes inferiores nudatam dormire, rubore confusus faciem avertit accitoque Esopo ait: Quid est hoc, impurissime? Esopus inquit: Mi here, dum que paranda sunt infra pararem, dixi huic, ut parumper caveret, ne canis commederet, que in mensa apposita erant. Illa <sup>2</sup> ait: Ne cures, nam mee nates oculos habent. Ipsam deinde, ut vides, dormientem cum invenissem, illas partes sibi tacitus detexi, ut earum partium oculi mensam sibi appositam contueri quirent. Tum Xanthus ait: Serve nequam, mihi sepius nugas egisti, sed quo modo nullo tempore nequius, qui me ac meam uxorem tam obscene ludificatus es. Nunc propter convivas ultro pena omittitur, sed aderit occasio, qua <sup>3</sup> te ad necem cedi profecto faciam.

17 <sup>4</sup>. Ceterum paucos post dies Xanthus, cum philosophos solum ac oratores vocasset ad prandium, ait Esopo: Stato ad ostium et nulum ideotam domum intromittito, sed solum philosophos ac rethoricos. Esopus ad ostium sedens cum unus de evocatis, ut intromittatur, petit: Quid movet canis? inquit. Ille vero putans se appellari canem animo stomachans abiit, parique modo alter. Item perplures idem fecerunt, postremo advenit unus satis acutus et haud infacetus; ei confestim inquit Esopus: <sup>5</sup> Quid movet canis? Et ille ingenio [16<sup>b</sup>] promptus ait: Caudam. Tum ipsum continuo Esopus intromisit. Deinde ad heram accedens ait: Preter hunc philosophus alius non venit. Quam rem Xanthus, se ab illis fuisse delusum existimans, graviter tulit. Verum enim postero die, qui non fuerant intromissi cum in trivio Xanthum convenissent, inquam: Heus preceptor, heri nobis nugas egisti, cum qui ostium servabat per contumeliam nos canes appellavit. His dictis Xanthus perturbatus secum in primis tacitus ait: Num ego an isti delirant? tum accito Esopo ait: Heodum bone puer, quos cum honore recipere debuisti, eos maledictis persecutus es? Et Esopus ait: Tu mihi iussisti, ut preter sapientes neminem domi admitterem. Tum Xanthus inquit:

\*

1 triclinium] triclinum. 2 Illa] Ille. 3 qua] qui. 4 Thorwart, vrgl. Kirchhof 2, 213. 5 Quid movet canis?] raum-freigelassen; τί σέλει δ κύων;

Heus larva, hi nunquid sapientes esse videntur? Mihi quidem minime, ait Esopus. Quippe cum eis dixi quidnam moveat canis <sup>1</sup>, quid dixerim cum non intellexerint, quo pacto sapientes cuiquam videri possent? Verum enim, qui probe intellexit, illum, qui sapiens visus est, continuo admisi. Hec cum Esopus dixisset, eius dictum ad unum omnes approbaverunt.

18. Verum enimvero quosdam post dies Xanthus cum Esopo inter maiorum sepulchra cum esset epitaphiaque legeret, Esopus in archa quadam apud columnam sita, ad quam per gradus ascendebatur, perspexit litteras quasdam non sonantes, sed punctis solum insculptas in huiusmodi forma: A, B, Δ, O, E, Θ, X <sup>2</sup>, que latine sunt a, b, d, o, e, th, ch, inquitque Xantho, hi here, quid dicunt litere ille? Tunc Xanthus illas diligenter ac diu meditatus, quid sonarent cum intelligere nequiret, inquit Esopo: Dic zodes, quid ille sonant littere, cedo. Esopus ait: Si hic thesaurum tibi ostendero, quid mihi facies beni? Inquit Xanthus: Bono sis animo; nam et libertatem et auri dimidium consequeris. [17<sup>a</sup>] Tum Esopus gradus quatuor ascendens ad columnam ibique fodiens aurum invenit, quod confestim obtulit hero suo atque ait: Obsecro, mi here, ut mihi promissa serves. Et Xanthus ait: Minime, ni prius doceas, qui id inventum <sup>3</sup> habes, quippe pluris hoc facio, quam ipsum aurum. Esopus ait: Qui thesaurum hic deposuit, nimirum, ut philosophus, caracteribus septem notavit: Ἀποβάς, ascende; βήματα, gradus; τέσσαρα, quatuor; ὀρύξας, fodias; εὐρήσεις, inuenies; θησαυρόν, thesaurum; χρυσοῦ, auri. Et Xanthus inquit: Exquo ita es acutus, libertatem haud consequeris. Et Esopus ait: Cave sis, quia hoc thesaurum spectat ad regem. Inquit Xanthus: Quid id scis, cedo? Ait Esopus: Quia littere hoc sonant; Ἀποδοῦς, tradito; βασιλεῖ, regi; Διονυσίω, Dionisio; ὄν quem; εὐρες, inuenisti; θησαυρόν, thesaurum χρυσοῦ, auri. Xanthus audiens ad regem spectare thesaurum inquit Esopo: Accipito medium ac nemini dicito. Esopus ait: Non tu hoc mihi tradis; sed qui thesaurum hic deposuit. Quo pacto? inquit Xanthus. Ait Esopus: Hec ipsa eadem elementa significant, Ἀνελομενοι, cum superveneris; βεδίσαυτες, euntes; διέλσθε,

\*

1 Quidnam moveat canis] fehlt; raum freigelassen. 2 Für diese buchstaben, wie für alle folgenden griechischen worte, ist raum freigelassen, den ich nach Westermanns ausgabe des originaltextes (Braunschweig 1845) ausgefüllt habe. 3 inventum] inuntum.

dividite; ὄν, quem; ἑυρατα, invenietis; θησαυρόν, thesaurum; χρυσίου, auri. Tunc Xanthus ait: Abeamus domum, aurum ut partiamur. Domum igitur cum se Xanthus recepisset, Esopi loquacitatem reformidans inussit ipsum in vinculis poni. Tunc Esopus: Heus promissa philosophorum, ait, pro libertate in carcerem detrada! His dictis Xanthus mutata sententia, carcere ut educeretur, mandavit. Deinde Esopo inquit: Si vis liber fieri, linguam frenato, nec tam aperte de cetero me accusato. Et Esopus ait: Age ut libet; velis vel nobis, me liberum facies.

19. Isdem temporibus res nimirum mira contigit apud ipsam Samum. [17<sup>b</sup>] Nam publici cum fierent ludi, aquila quedam repentino quodam volatu questorium ex ipso theatro arripuit anulum, quem in sinam servi cuiusdam cadere permisit. Quo prodigio turba theatralis rumigerans longe anxia et ambigua stetit, deinde accita statim concione Xanthum consuluit veluti philosophum ac reipublice primorem, quid illud significare habeat. Xanthus, qui eius rei inscius esset, ambiens diecula ad consulendam exorata domum abiit, et cum animo longe esset anxius, quia quid populo consuleret non tenebat, Esopus accedens ad eum ait: Ecquid sic animo deprimeris? omitte mestitiam et hoc onus consulendi mihi impone. Die crastino abi in concionem ac populo huiusmodi verba facies: Viri Samii, ego quidem non sum augur, non ariolus, non prodigiorum, ut scitis, interpres; verum servum habeo, qui huiusmodi rerum notionem habere profitetur. Si placet, illum adduci faciam, qui, quid hoc augurium significet, vobis apperiet. Tunc si quod ego consulero quo turbe satisfecero, tu gloriam pariter et gratiam adipisceres, quod si non satisfecero, tu liber ab infamia et ego in culpa fuero. Tum Xanthus verbis Esopi fidens sequenti die in theatrum manitat et accito populo pulpitem ascendens, que ab Esopo didicerat, ea plebi aperuit. Quibus dictis Samii, ut Esopus coram adduceretur, Xanthum impellunt. Esopus ecce adducitur, qui cum coram constitisset, eius formam Samii intuentes contempserunt ac ipsam pro ridiculo habentes inquirunt. Ecquid huius aspectus auguris est? ex homine tam impurato putandum est quippiam boni esse audituros? Et cum ipsum deriderent [18<sup>a</sup>] Esopus stans in loco eminentiori ac manu indicans plebi silentium inquit: Viri Samii, ecquid meam deriditis formam? non enim facies, sed animus hominis est intuendus. Quippe sub turpi corporis forma sepius latet sapientia. Itaque ut in yasis vinnariis non forma spectatur, sed quid vini ipsa vasa contineant, degu-

statur. Sic non facies hominis, sed mens et animus considerari debet. Hec cum Samii audissent, aiunt Esopo: Siquit consilio rempublicam iuvare potes, id ut facias quesumus omnes. Tum Esopus maiori quadam confidentia ait: Natura, ex qua perveniunt omnia bona, iniquum glorie certamen hodie posuit inter dominum et servum; quoniam uter vicerit non par premium reportabit. Nam si dominis erit certaminis victor, gloriam et gratiam apud vos consequetur; sed si ego servus prestantiorem me exhibuero, non libertate, ut ius foret, sed maledictis, verberibus et carcere premiabor. Itaque si hoc certamen hostire ac me liberum fieri parati estis, ut cum fiducia loqui queam, vobis profecto pace dixerim omnium, quid hoc protendat auguriam, procul dubio aperiam. Tunc universa concio ad anum clamavit: Equum postulat! manu Esopum Xanthus emittat! Id dum Xanthus se facturum negaret, questor publica auctoritate inquit ei: Nisi scito plebis parueris, ego Iunonis ede libertum iure pretorio liberali illum asseram manu ac constituam tibi in edilitate colligam. Amici igitur ac necessarii hortati sunt Xanthum, ut manu Esopum mitteret ac reipublice condonaret, tunc Xanthus haud libens coram omni populo: Esto liber, Esope, inquit. Tum preco publice alta voce clamavit: Xanthus philosophus missum <sup>1</sup> manu facit, [18<sup>b</sup>] et sic adimpletum est, quod Xantho superius dixerat Esopus: Velis vel nolis, me liberum facies. Igitur Esopus liber admodum factus in medium turbe procedens atque manu indicans silentium ait: Viri Samii, quod aquila, que est rex inter aves, uti sunt reges inter homines, anulum pretorium sustulerit, hoc sane protendit, quod quispiam ex his, qui reges sunt, libertatem vestram vestrasque leges abrogare inquireret. Hec eum Samii audissent territi sunt, atque parum post adest tabellarius cum litteris regiis senatum Samiorum postulans. Itaque reddite sunt senatui in huiusmodi verborum seriem littere: Rec Lydorum Cresus Samiorum senatui plebique salutem. Iubeo vos mihi tributa ut exhibeatis ac vectigalia tribuatis. Quod si huic edicto non parebitis ceu parere debetis, pauperies tanta vobis inferetur, quantum haud ferre poteritis. His litteris in senatu recitatis, cum omnes terrore inclinarentur, regi esse parendum, tamen quid Esopus consuleret audire decreverunt. Esopus ad subsellia profectus atque rogatus, ut sententiam diceret, ait: Viri Samii, quod tributa aut vectigalia regi exhibeatis, quamvis video ad id vos inclinari, haud equidem sua-

\*

1 missum] missus.



deo; quamobrem vero vobis breviter aperiam: Ut quid expediat reipublice vestre consulere queatis, fortuna mortalibus duplicem in vitam ostendit, unam quidem libertatis, cuius initium durum, asperum ac difficile est, finis vero valde planus, equus perfacilisve. Alteram <sup>1</sup> vero servitutis, cuius initium facile est, planum atque campestre, sed finis est asperrimus nec summa sine angustia commeabilis. Dixi. Hec cum audissent Samii cognoscentes, quid conduceret reipublice suae, ad unum sententiae Esopi acclamarunt asserentes: Cum simus liberi, servire nolumus, eoque <sup>2</sup> [19<sup>a</sup>] responso nuntium regium remisit.

20 <sup>3</sup>. Cresus his cognitis animo commotus decrevit ad exemplum aliorum copias contra Samios transmittere, ni regius nuntius impedimento fuisset, qui regi inquit: Nunquam posses Samo potiri, ni Esopus, cuius consilio Samii utuntur, prius inde amoveatur. Vnum enim potes per legatos a Samiis postulare, quod si tibi transmittatur Esopus, et gratias quasvis et tributorum remissionem ipsis indulges; quod si hoc faciunt in tua manu Samios habes. Tunc Cresus hoc consilio suus quendam ex proceribus Samum legavit. Is cum Samum applicavit atque in concione mandata regis exposuit suasitque plebi, ut regi Esopum transmitterent, Esopus in concionem accitus ac regis sententiam sentiens ait: Viri Samii, cupio equidem ad regis pedes me conferre, sed vobis prius fabulam narrare. Quo tempore animalia bruta ad unum conveniebant, lupi ovibus bellum intulerant. Igitur oves cum se a lupis tueri nequirent, auxilium a canibus postularunt, qui pro ovibus pugnantes lupos dare terga urgebant. Tunc lupi, cum se bello inferiores cognoscerent propter canes, pacem perpetuam offerunt ovibus per legatos; modo unicam pacis conditionem recipiant, ut canes ad omnem suspicionem belli tollendam lupis custodiendi tradantur. Oves stolidae lupis credentes pacem cum lupis accepta conditione firmarunt. Igitur lupi occisis canibus absque difficultate oves perdiderunt. Hanc fabulam cum dixit Esopus, Samii, ut Esopus nullo pacto mitteretur, decreverunt. At Esopus decreto Samiorum non paruit, sed una cum legato ad Cresum regem navigavit coramque eo se presentavit. Cresus vero cum [19<sup>b</sup>] Esopum conspexit indignabundus ait: Hic ne auctor est, quod Samii haud pareant iussionibus meis. Tum inquit Esopus: Maxime rex regum, ego quidem nulla vi nullaque necessitate coactus,

\*

1 Alteram] Alterum. Pauli 447.

2 Cum — eoque] zweimal.

3 Wölfe und

sed sponte et ultro ad tuum me contali conspectum, fiduciam habens, quod equis auribus me audies; data igitur sibi copia fandi denuo inquit Esopus: Homo quidam pauper cum ad locustas venaretur, cepit et cicadam, que cum se interim debere videret, inquit aucupi: Ne abs re interimere me velis, nam nec spicas ledo nec corimbis officio, sed plausu alarum pedumve cantando armoniam conficio, qua viantes delecto atque vie levo laborem, et preter vocem in me reperies nihil. Hec anceps ille cum audivit, emisit manu cicadam; et ego te, rex, obsecro, ne me de nihilo et insontem occidas, nam nec volo nec possum ex corporis debilitate alicui ferre iniuriam, sed ea loquor, que vite mortalium sunt utilissima. Tunc rex admiratione simul et misericordia motus inquit Esopo: Non ego tibi vitam, sed fortuna ipsa largitur; siquid vis petito, id sane dabitur. Tunc ait Esopus: Unum duntaxat obsecro, ut Samiis tributa remittantur. Remittantur, inquit Cresus. Tum Esopus humi procidens regi gratias agit, deinde fabulas, que usque ad hec tempora habentur, edidit regique inscripsit, deinde acceptis a rege litteris ad Samios super tributorum remissione, multis etiam ab ipso rege donis donatus Samum navigavit; ergo Samii Esopum venientem summo sum honore receperunt. Nam senatus omni populo sequente obviam ivit, insuper sertis et choreis totum oppidum fuit ornatum. Esopus ad subsellia ductus regias litteras pro rostris recitavit edocuitque senatum, tributa eis indulgeri simul et libertatum.

[20<sup>a</sup>] 21. Post hec Samo abiens per varias nationes peregrinatus est ubique gentium predicans atque in fabulis documenta mortalibus exhibens. Verum enim cum Babiloniam pervenisset ibique suam ostendisset sapientiam, summo in honore habitus est apud Lycarum, Babilonie regem. Quippe reges temporibus illis problemata invicem per epistolas ioco mittebant, que qui interpretari nesciebat, exhibebat tributa mittenti. Unde <sup>1</sup> Esopus, cum ipsa problemata probe interpretaretur, clarum reddidit Babilonie regem, atque pro ipso Lycuro problemata edidit aliis regibus mittenda, que quia solvi non possent, tributa Lycuro plurima exhibebantur, quamobrem Babilonie regnum longe lateque celebre factum est. Ceterum cum Esopus esset sine prole, adoptavit sibi quendam generosum adolescentem nomine Enum, quem in conspectum <sup>2</sup> regis sepius adduxit commendavitque non secus ac si ex ipso natus esset. Is non multo tempore post, cum se commiscuisset

\*

1 Unde] Und.    2 in conspectum] inspectum.

cum ancilla, quam Esopus uxorariam habebat, veritus, ne sibi acrius succensaretur, apud regem falso accusavit Esopum, litteras adulterinas sub nomine Esopi ad adversarios regis conscriptas ac eiusdem signo signatas reddens, quibus operam suam in problematibus solvendis pollicebatur. Rex vero Lycurus signo fidem adhibens animo supra modum motus iussit Hermippo, ut Esopum mori faceret sine mora. At Hermippus Esopi studiosus ipsum in sepulchro clanculum abscondit ibique diu vivum servavit, sed bona eius assecutus est Enus.

22<sup>1</sup>. Longo vero tempore post Nectanabo Egiptiorum rex existimans, ut fama erat, Esopum esse mortuam, statim ad Lycarum misit problemata per litteras huiusmodi figuram [20<sup>b</sup>] continentis: Nectanabo Egiptiorum rex Lycuro Babilonie regi salutem. Quoniam turrim edificare velim, que nec celum nec terram attingat, mittito ad me fabros, qui turrim ipsam edificent et ad rogata respondeto, atque ex toto territorio meo annos decem tributa capito. Hoc problema cum accepisset Lycurus, longe tristatus est, itaque anxius super tali decisione accitis sapientibus suis, ut questionem illam solverent edixit. Cum omnes ambigerent nec propositam solvere quirent, Lycurus humi prostratus: Misero ve mihi, gemens ait, qui regni mei perdidit columnam, quod factum me pepulit, ut Esopum interim iuberem. Hermippus cognito regis merore Lycurum adiens inquit: Ne te amplius afflictes, quoniam illum occidi minime feci, percipiens te aliquando penitarum; quare certior esto, quod quem interfici iussisti, is hoc tempore inter sepulcra vivit. Nam tuam veritus iussionem in monumento quodam ad hanc usque diem vivum servavi. Hec cum rex audisset, non parva letitia plenus continuo exurgens atque Hermippum amplectens inquit: Si verum loqueris, quod Esopus vivat, hunc diem certe mihi fecisti perpetuum. Si porro illum servasti, regnum meum stabilisti; iussitque ut coram statim duceretur. Esopus squalidus, tenuis ac veterinosus cum in regis conspectum processit, rex faciem conversus ingemuit mandavitque ut subito lavaretur mutareturve. Igitur Esopus lotus mutatusque in regiam pergat regeque salutato suam causam dixit, super quibus ab Eno filio suo adoptivo fuerat accusatus. Et cum rex iaberet, quod Enus eo supplicio plecteretur, quo parricide

\*

1 Dieses und alles folgende bis zum tode Äsops stimmt, häufig sogar vollständig, mit der erzählung „der weise Heykar“ aus 1001 nacht, Breslau, 13, 100—148.

plectantur, Esopus, ut sibi ignosceretur, exoravit, deinde rex epistolam capiens Esopo tradidit <sup>1</sup> ad legendum, quam [21<sup>a</sup>] oculis cum percurrit questione haud soluta inquit: Rescribe, rex, in hanc sententiam, quod cum hyems transieret, mittes sibi, qui turrim edificent; ac eo tempore ad singula respondebis. Tunc rex cum huiusmodi re-scripto remisit tabellarium Egiptiorum. Deinde Esopo bona sua reddi mandavit et ad pristinam restitui dignitatem, insuper Enum sibi condonavit, ut arbitrio suo illum ulcisceretur.

23 <sup>2</sup>. At Esopus illum benigne tractavit talibusque monitis studiose coarguit, sic aens: Fili, verbis meis attendito diligenter, ac illa penitissimo corde teneto. Foris omnes sapimus, aliis consilium damus, nobis ipsis consulere nequimus. Homo cum sis, humanis casibus te subditum esse memento. Deum in primis colito. Regem tuum observato. Cum sis homo, humana curato, quoniam deus ulciscitur iniustos. Scelus est ultro inferre molestiam. Animo generoso indignos ferti successus. Inimicis tuis te crucem exhibito, ne utique te contemnant, at amicis lenem atque officiosum, ut tibi in diem sint benivolentiores. Valitudinem malam inimicis optato simul et ruinam, ne tibi decetero nocere queant; amicis vero prosperas optato successus. Uxori frugalía loquere, ne alium sibi cupiat virum. Quippe femina, cum varia semper ac mutabilis sit, ne sibi blanditur ocus inclinatur ad malum. Hominem sevim vitare memento; homo nequam, licet ei prospera succedant, nihilominus miser est. Aures quam linguam habeto magis acutas. Linguam compescito. Pauca loquere inter pocula, ubi non sapiens, sed ridiculus quis habetur. Quibus fortuna favet, haud invideto, sed potius gaudeto, quippe invidia invidenti precipue nocet. Curato familiam, ut non modo ut dominus, sed ut beneficus verearis [21<sup>b</sup>] a tuis. Verecundiam conserva, ne a ratione decidas, nec te pudeat in diem discere meliora. Consilium archanum uxori committere caveto, que ut rumori geret semper est armata. Quod in diem laborando queris, id in crastino quoque reponito. Potius est enim peccuniam inimicis in morte relinquere, quam ab amicis in vita mendicare. Obviantes saluta libenter, quoniam videmus canem caude plausu sibi vendicare panem. Turpe nimium est, miserum irridere. Que frugi sunt, ea discere ne cesses ac sapientie intendere. Cum quippiam a quopiam capis id quam otius reddere curato, ut facilius

1 tradidit] tradidit. 2 Ermahnungen und tod. Heykar 144—148; vgl. 104.

rursum tibi accommodetur. Quibus benefacere cum potes, haud te pigeat. Hominem maledicentem, loquacem susurrone[m] ve ab ostio tuo eminus coercito. Dicta factaque tua amicis tacitus<sup>1</sup> credito, ea tamen facias, que fecisse postea te non pigeat. Adversa cum eveniunt, non molesto, sed animo quieto feras. Improbis flagiciosisque neutiquam consulito improborumque mores neutiquam imiteris. Esto hospitalis in hospites peregrinos ve, ut peregre proficiscens, qui te recipiant, habes. Sermo bonus contra animi vitia medicus est optimus. Ille profecto est beatus, qui vero potitur amico. Nihil tamen absconditum est, quod tempus demum non ferat in lucem. His et aliis compluribus monitis Enum Esopus ab se missum fecit. At Enus illis monitis coercitus conscientiaque compunctus, quod falso Esopo capite accusaverat, abiens ex loco eminentiori se precipitem dedit et uti malus male vitam finivit.

24<sup>2</sup>. Post hec accitis aucupibus mandavit Esopus, ut pullos quatuor acquillos capere curarent, quos cum habuit assuevit pascendo sursum ac deorsum volare ad pedes follibus ligatis, in [22<sup>a</sup>] quibus pueri duo existebant; nam pro ut pueri pastum elevabant sive demittebant, sic aves pastum ipsum sequentes sursum ac deorsum volabant. His igitur preparatis cum tropicus hyematis transisset Esopus cum Lycuri venia Egiptum navigabat, certa spe opinioque firma, quod se admirandum reddet Egypciis. Verum enim Egypciis Esopi speciem cum conspicerentur monstruosam insulsamve, existimarunt ipsum fore ridiculum ludumque, non videntes, quod turpia vasa quandoque continent balsamum, qui liquor est preciosissimus, et fiale non limpide limpida sepius continent vina. Itaque Esopus in regiam profectus ad regis genua procidit, at rex in maiestate existens eum benigne recepit, deinde inquit: Cui me ac meos assimilas, Esope? Esopus ait: Te quidem soli, tuos vero radiis solaribus, quippe non secus splendes, ac splendeat circulus solaris, tui te circum sic radiant, ut radii solis ipsum circumradiant solem. Tunc inquit Nectanabo: Lycuri regnum quid ad nostrum? Esopus surridens ait: Nihil inferius, sed in pluribus longe superius, quippe regnum tuum, ut sol lunam, sic Lycuri regnum suo splendore obscurat. Admirans Nectanabo promptam Esopi facultatem loquendi inquit: Duxistin eos, qui turrim mihi edificent? Ait Esopus: Quid ni? modo locum ostendas, ubi edificare velis. Rex subito ex urbe in campum egressus locum sibi ostendit. Esopus per loci angulos constituit aquilas follibus ad pedes ligatis ac

\*

1 tacitus] tacitis.

2 Adler, fragen. Heykar s. 121.

pueros duos continentibus lingulam manu altera tenentes, iussit deinde, ut pastum elevarent. Quem aquile sequentes cum in altum volarent clamarent pueri lingulam ostendentes: Exhibete nobis calcem, exhibete nobis lateres, exhibete ligna et que ad [22<sup>b</sup>] edificandum sunt opportuna! Quod cum conspicaretur Nectanabo inquit Esopo: Ecquid apud vos sunt homines alati? Esopus: Imo, perplures. Sed tu cum hominis, quid contendere cum semideo queris? Tum inquit Nectanabo: Fateor me victum, Esope; sed quod te rogo, responde. Equas ex Grecia huc adduci feci, que ex hynnitu equorum, qui sunt in Babilonia, concipiunt. Esopus ait: Super hoc die crastino tibi respondebo. Profectusque domum iussit pueris suis, ut catum habere viderent, quem cum attulerunt satis magnitudinis, Esopus fecit virgis publice cedi. Quod cum accepissent Egypitii concurrentes catum eripere tentarunt, sed cum nequirent, profecti ad regiam regi renuntiant. Tum rex Esopum iussit acciri, ei accedenti inquit Nectanabo: Ecquid facis, Esope, nescis apud nos deum huiusmodi coli figura? quippe Egypitii tale simulacrum precipue colunt. Esopus ait: Animal hoc nocte proxima Lycorum offendit. Nam occidit gallum pugnacem generosumve, qui sibi horas nocte canebat. Inquit Nectanabo: Non putabam, Esope, tuum esse mentiri. Fieri quidem non potest, quod nocte una catus Babiloniam ieret ac redieret. Surridens Esopus ait: Eo quidem pacto catus nocte una Babiloniam ivit ac rediit, quo eque ad hynnitum equorum, qui sunt in Babilonia, hic concipiunt. His dictis Nectanabo Esopi sapientiam longe commendavit.

25<sup>1</sup>. Die vero sequenti Nectanabo ex urbe solis evocavit homines sapientes ac philosophicarum questionum peritos, quos cum de Esopo fecisset certiores ad cenam invitavit simulque Esopum. Cum discumberent, ex illis quispiam inquit Esopo: Pace tua dixerim a deo huc sum missus, ut verba tecum faciam. Quid ais ad hoc? Ait Esopus: Deus ut homines [23<sup>a</sup>] discant mentiri minime querit. Quare quod deum vestrum vereamini, parum sermo voster vos accusat. Alius item inquit: Templum quoddam magnum extat et in ea columna, urbes duodecim sustinens, et quelibet urbs triginta trabibus tecta est, quas trabes decurrunt femine due. Esopus ait: Problema hoc apud Babiloniam pueri ipsi solvere sciunt; nam templum quidem orbis est terre, columna vero annus, urbes duodecim sunt duodecim menses, trabes

\*

1 Tischreden. Heykar s. 140.

triginta sunt ipsorum mensium dies, femine<sup>1</sup> due dies et nox esse dicuntur, que se alternatim continuo discurrentes sequuntur. Tunc Nectanabo suis inquit magnatibus: Tributa regi Lycuro me mittere ius est. Unus ex illis ait: Etiam aliud problema interrogemus, scilicet quid sit illud, quod nunquam vidimus neque audivimus. Tunc rex ait Esopo: Dic, queso Esope, quid illud est, quod nos nunquam vidimus neque audivimus? Esopus ait: Die crastino vobis respondebo. Itaque profectus domum syngraphum astu finxit, quo Nectanabo confitetur, se mutuo habuisse a rege Lycuro mille talenta, que Nectanabo reddere promittit ad terminum quendam, qui eo tempore prefinitus erat, ac syngraphum regi mane apud regiam reddidit. Recitato syngrapho rex admirans inquit proceribus suis: Audivistis ne aut vidistis me a Lycuro pecuniam mutuo habuisse unquam? Inquiunt illi: Nos nec vidimus neque audivimus unquam. Tunc ait Esopus: Si id quod dicitis verum est, questio soluta est. Tunc Nectanabo inquit: Beatus es, Lycure, qui tali viro potiris! atque Esopum cum tributo remisit. Esopus Babiloniam ingressus, que in Egipto egerat, Lycurum edocuit ac tributum reddidit, quas ob res Lycurus, ut statua [23<sup>b</sup>] aurea Esopo publice statueretur, mandavit.

26. Paucos post dies Esopus visendi Greciam cupidus veniam a Lycuro exoravit, pollicens se reversurum ac reliquum vite apud Babiloniam finiturum. Igitur per Grecie urbes proficiscens suamque ubique<sup>2</sup> locorum in fabulis sapientiam ostendens, magnum in sapientia sibi nomen vendicavit. Postremo Delphos se contulit, locum religionis celeberrimum. Nam erat religionis caput. Ibi cum turbe, eum ut audirent, sequerentur nihilque honoris sibi a Delphis prebitum esset, Esopus ait: Viri Delphii, vos quidem ligno similes estis, quod mari defertur, quod cum procul videtur, magnum quidem apparet, cum vero est prope, parum quid esse cognoscitur. Sic ego, ab urbe vestra cum essem longius, vos omnium prestantissimos esse putabam; nunc vero prope omnium ineptissimos vos esse cognosco. Hec et huiusmodi Delphii audientes intra se inquirunt: Hic cum per urbes alias magnam a turbis habeat sequelam, ubique gentium suis oblocutionibus huius nostre urbis auctoritatem aut tollet aut certo minuet, nisi nobis caverimus. Itaque consilium ceperunt, quo pacto per dolum occiderent Esopum et ceu impium ac sacrilegum morti damnarent. Nam propter

\*

1 femine] emine.

2 ubique] ubi.

turbas palam non audebant. Observantes igitur servum Esopi, dum res suas componeret ad recessum, fialam auream ex templo Appollinis ereptam inter sarcinulas Esopi clam posuerunt. Esopus igitur ignarus, que in eum scrutabantur insidie, cum Phocida abiret, Delphii cursum insequentes Esopum magno cum clamore comprehendunt. Et cum Esopus rogaret, quamobrem se tenerent vociferantes inquit: Heus impie, heus sceleste! ecquid templum Appollinis [24<sup>a</sup>] spoliasti? Quod cum Esopus aperte negaret ac iniquo animo ferret, Delphii solutis sarcinulis fialam auream inveniunt, quam passim omnibus ostendentes Esopum uti sacrilegum cum strepitu at magno impetu ducunt ad carcerem. Esopus adhuc ignarus insidiarum rogat, ut se amissum faciant, at illi arctius in carcerem coercent. Tunc Esopus cum viam evasionis sue non videret, atque cognosceret, quid in eum fieri consultum esset, fortunam suam malignam gemebat. Quidam eius notus nomine Demas carcerem ingressus, cum Esopum gementem conspicatur inquit ad illum: Ecquid sic gemis, Esope? esto forti animo, habe spes bonas ac teipsum consoleris. Ecce Delphii, qui Esopum publico decreto uti sacrilegum reum morti damnarant, ad unum conveniunt ipsumque e carcere ducunt, ut e rupe precipitem darent. Qua re cognita Esopus inquit ad illos: Quo tempore animalia bruta erant concordia, mus cum rana amicitia contracta eam vocavit ad cenam. Igitur cuiusdam locupletis penu ingressi cum sunt, ubi mel, panis, ficus et omnia bona erant, mus inquit rane: Ex illis dapibus comede, que tibi plus sapiunt. Postquam variis letati sunt cibus, rana vicissim ait ad murem: Nunc ut de meis cibariis gustes velim, venias mecum; verum ne torpitudine pereas, pedi meo tuum alligavero, deinde pedem pedi cum ligavit in stagnum saltavit ac murem traxit natando. Mus igitur cum se necari videret, clamabat: Ecquidem dolo necor abs te, sed qui in vita remanent, eorum quispiam mortis-mee ultor existet. Ecce milvus murem stagno despiciens illum devolans arripuit, pariter ac ranam, et sic utroque potitus est milvus <sup>1</sup>. Nunc ego abs re [24<sup>b</sup>] interimor a vobis, at vos iure mihi dabitur penas. Nam Babilon et Grecia hoc vestrum in me scelus ulciscuntur. Hec Delphii audientes non eum tamen dimiserunt, sed repugnantem cum ad locum precipitii ducerent, Esopus ex eorum manibus aufugiens in templum Appollinis se contulit atque ad aram confugit; sed nihil profuit sibi ara. Nam Delphii per vim et im-

\*

<sup>1</sup> Maus und frosch. Kirchhof 7, 71.



maniter inde trahentes ira et impetu, ut ipsum precipitarent, ductabant. At Esopus cum ita ignominiose se duci videret, ait ad illos: Intendite Delphii, deum hunc, licet eius edes parva sit, inhonorare nolitis, sed vereamini Appollinem, ad quem deum nuper confugeram. At illi dictis suis non intendentes ad locum precipitii enixe trahebant. Esopus mortem sibi instantem conspiciens ait: Viri impii immanesque, exquo nobis suadere nequeo, huic fabule queso diligenter intendite! Mulier quedam filiam virginem ac stolidam habens continuo deos orabat, ut sibi sensum infunderent, idque cum frequentius palam faceret, virgo stolidam verba percepit retinnitque. Post dies vero aliquos simul cum matre rus profecta, dum ad ostium staret, videt rusticum adolescentem asellam quandam e regione subigere velle. Accedens igitur ad illum ait: Quid agis, bone adolescens? Ille ait: Huic aselle sensum infundo. Memor stolidam matris verborum ait: Bone adolescens, infundito et mihi; quod si facies non frustra laborabis! Nam mater mea tibi multam gratiam habebit. Rusticus ommissa asina virginem violavit. Illa vero corrupta leta cucurrit ad matrem inquiens ei: Letare mater, iam tuis precibus sensum accepi! Mater ait: Dilecta filia, preces meas iam dii exaudierunt: Quid ni mater? stolidam [25<sup>a</sup>] inquit. Iuvenis nunc quidam longum pauxillum ac nervosum duobus cum glandulis ad interioris partis extremum pendentibus meum in uterum misit intro et foras frequentius discurrens, quem ego quidem cum voluptate accepi atque sensum sensi meo animo subito infundi. Tum mater ait: Hei michi, filia, id demum perdidisti, si quid sensus antehac habuisti. Item aliam queso audite fabulam. Agricola quidam cum in agro consenuisset ac urbem nunquam vidisset, cupidus illam videre suos oravit, ut se ducerent in urbem. Illi vero ligatis ad currum asellis senem curru imponunt aiuntque: Modo agita eos, nam per sese te ducent in urbem. Sed dum senex viat in urbem, obortis repentino turbine ventorum tenebris aselli a via recta exeuntes in locum arduum et precipitem deveniunt. Senex mortis periculum conspiciens: Proh Iupiter, exclamat, qua in re tua numina lesi, quod sic miscere pereo? Nam neque ab equis prestantibus et generosis, sed ab asellis distrahor vilissimis. Sic ego nempe discrucior, quod non ab hominibus claris illustribusque, sed ab improbis inutilibusque servis interimor. Et cum ad locum precipitii venissent, rursus aliam narravit fabulam sic inquiens: Vir quidam amore filie captus rus misit uxorem et apud se retinuit filiam. Quam cum viciaret, patri filia inquit: Pater, profana facis.

Velim equidem potius a viris centum, quam abs te uno huiusmodi pati scelus! Et ego, Delphii profani ac scellesti, eligerem potius totam circumire Siciliam, Caribdimque sepius transire, quam a vobis sic per contumeliam interfici. Execro vos vestramque patriam, ac deos deaque omnes obtestor, ut me iniuste pereuntem exaudiant, ac digna de vobis supplicia sumant! Verum illi obaudientes ipsum ex rupe [25<sup>b</sup>] ardua precipientem dederunt, et sic misere Esopus vitam finivit. Mortuo Esopo pestis et fames ac vehemens quidam mentis furor Delphios comprehendit, qua super re consulti Appollinem oraculum habuerunt, ut manes Esopi placarent. Igitur conscientia compuncti, quod Esopum iniuste occiderant, templum sibi construxerunt. Preterea principes Graecie ac provincie presides audita morte Esopi Delphos profesti habita diligentius inquisitione dignis suppliciis ulsi sunt eos, qui mortis Esopi auctores fuerunt.

Esopus ist alle zyt synes lebens über flyßig zuo der lernung gewesen; von dem glück aigner knecht uß der gegent Phrigia, dar inn Troya gelegen ist, von Ammonio dem wyler geboren. Er het für andere menschen ain langes ungestaltes angesicht, ain großen kopf, gespuczte ougen, swarczer farb, lang backen, ain kurczen hals, groß waden, brait fuß, ain großes mul, fast hoferot, zerbläten buch und das an im das bösest was, er hett ain überträge zungen, darumb er ser staczget. Aber mit lüsten, geschydikait und mangerlay schimpfkallen was er über die mans begaubet. Als aber syn herr mercket, daz er zuo burgerlichen wercken untouggelichen was, sendet er in yn das göu, das feld zebuwen. Uff ainen tag, als der herr in das gö geritten was, sammelt der mayer des hofes zytig fygen, und antwurt die dem herren und sprach: Herr, nim hin die ersten frucht dises iaeres von dinen äckern. Der herr waz fro und sprach: By hail, daz sind uber schön fygen, [26<sup>a</sup>] und schnof mit synem knecht Agatopo, daz er die fygen neme und die behielte, bis daz er wider uß dem bad käme. Von geschicht fügt sich, daz Esopus von acker kam, syn täglich brot ze holen nach syner gewonhait. Agatopus, dem die fygen waurend befolhen, als er zwo von den selben versuocht het, sprach er zuo sinem mitgesellen: Wann ich minen herren nit fürchtet, ich wölte die fygen alle eßen, daz nit aine über belibe. Da sprach syn gesell: Laust du mich mit dir eßen, so gib ich ain weg, daz uns kain übel daur umb begegnet. Do sprach Agathopus: Wie möchtt das gesyn? Antwurt er: Wann der herr von bad komet, so sprich zu im: O herr, Esopus, als er von acker kommen ist,

haut die fygen alle geeßen. So sich aber Esopus von träge wegen syner zungen nit kan versprechen, so würt er geschlagen, und werden wir unsern lust mit den fygen erfüllen. In den wylen, als sie der ding aines wurden, außten sie die fygen aine nach der andern und sprachen under in selber: O du armer Esope, wee dynen schultern! Also wurden die fygen alle von in geeßen. Als aber der herr von dem bad komen was, begeret er im die fygen für ze setzen; sprach Agathopus: O myn herr! da Esopus heut von acker kam umb das brot, als er den keler offen fand, da gieng er hin yn und haut on alle vernunft die fygen alle geeßen. Do das der herre höret, ward er in zorn bewegt und sprach: Bald laßen mir Esopum bertiffen! Als er aber komen was, sprach der herr zuo im: Sag mir, du schalckhafter knecht, haust du nit mer sorg uff mich, wann daz du so geturstig bist, das du alle fygen äßest, die mir in den keler behalten worden sint? Von den selben wortten erzittert Esopus, und als er von unschicklihait syner zungen sich nicht verantworten kundt, [26<sup>b</sup>] betrachtet er in im die sachen, wie sie an in selber beschehen warent, und wendet syne ougen gegen denen, die in gegen dem herren der fygen hettent geschuldiget. Als im aber der herr die klaiden hieß abziehen, in mit ruoten ze schlagen, fiel er dem herren für die füß und so vil er heruß bringen mocht begeret er klainer frist, sine unschuld ze erzaigen. Und so bald im die gegeben ward, brachtt er warmes waßer, das von geschicht by dem füwer stund, und goße das in ain beky und trancke des ainen großen trunck, und über ain klaine wyl stieß er syne finger in den mund und goß wider uff synen magen daz luter waßer, das er getruncken het, wann er den selben tag on das waßer kain ander spys hette genommen. Da bat er den herren, daz er syne dargeber och also hieß waßer trincken; das beschach, und als sy daz waßer getruncken hetten, wurden sy unwillen und huoben die hand für ire mund, daz sie nit undöuten. Aber als der mag von der werme des waßers wart entschicket, da schüttet er die fygen mit dem waßer [27<sup>a</sup>] uff im. Als der herr das ersah, keret er sich gegen inen und sprach: Warum haben ir gelogen uf den, der nit reden mag? und ließ inen ire klaiden abziehen vor mengklichem und offenlich mit ruten schlagen, und sprach: Welcher under uch allen den andern listenlichen understat ze veruntrüwen, desselben hut sol mit sölichem lon geziret und begabet werden. An dem andern tag dar nach zoget der herr wider in die stat, und uff die zyt, als Esopus in dem acker rütet, kam zuo im gegangen ain priester der göttin Ysidis, der

 In summo bibit amne lupo, bibit agnus in ymo.  
 Hunc timor impugnat, movente verba lupo:  
 Rupisti potumque mihi rivique decorem.  
 Agnus utrumque negat se ratione tuens:  
 Nec tibi nec rivo nocui, nam prona supremum  
 Nescit iter, nec adhuc unda nitore caret.  
 Sic iterum tonat ore lupo: Mihi damna minaris?  
 Non minor, agnus ait. Cui lupo: Ymo facis.  
 Fecit idem tuus ante pater, sex mensibus actis.  
 Cum bene patrizes, crimine patris obis.  
 Agnus ad hec: Tanto non tempore vixi. Predo  
 Hic tonat: An loqueris furcifer? huncque vorat.  
 Sic nocet innocuo nocuus, causamque nocendi  
 Invenit; hii regnant qualibet urbe lupi.

### 3. Fabula tertia de mure, de rana et de milvo <sup>1</sup>.

Qui de salute alterius adversa cogitat, non effugiet malum. De quo talem audi fabulam. Mus dum transire vellēt flumen, a rana petit auxilium. At illa grossum petit limum, quo murem sibi ad pedem ligavit et natare cepit flumen. In medio vero flumine se deorsum miserat, ut misero muri vitam eriperet. Ille validus dum teneret vires, milvus e [63<sup>b</sup>] contra volans murem cum unguibus rapuit, simul et

\*

<sup>1</sup> I, 3. Maus und frosch; Kirchhof 7, 71.

ranam pendentem sustulit. Sic et illis contingit, qui de salute alterius adversa cogitant.

### Die iii. Von der mus, frosch und wyen.

Welher gedenckt dem andern laid und widerwärtikait ze erzögen, der würt dem übel hart entrinnen; darvon hör ain fabel. Zu zyten wäre ain mus gern über ain waßer gewesen, und begeret raut und hilff von einem frosch. Der frosch nam ain schnur und band den fuoß der mus an synen fuoß, und fieng an über das waßer ze schwimmen. Und als er mitten in das waßer kam, tunket sich der frosch, und zoch die mus under sich und wolt sie ertrenken. Do des die ellend mus empfand, widerstund sy dem frosch nach ieren krefftin; in dem kompt ein wy geflogen und nimpt die mit synen klawen, und den hangenden frosch mit ir und aß sie baide. Also beschicht ouch denen, die ander lüt veruntrüwen wellent, und versprechent hilff, und begeren ze schedigen, das in oft gelyche bütt würt. Dise fabel findst ouch völliger in dem leben Esopi by dem end.

### [64<sup>a</sup>] De rana et mure.

Muris iter rumpente lacu venit obviam muri  
 Rana loquax, et opem pacta nocere cupit.  
 Omne genus pestis superat mens dissona verbis,  
 Cum sentes animi florida lingua polit.  
 Rana sibi murem filo confederat, audet  
 Nectere fune pedem, rumpere fraude fidem.  
 Pes cogit ergo pedem, sed mens a mente recedit.  
 Ambo natant, trahitur illo, sed illa trahit.  
 Mergitur ut secum murem demergat, amico  
 Naufragium faciens naufragat ipsa fidem.  
 Rana studet mergi, sed mus emergit et obstat  
 Naufragio; vires suggerit ipse timor.  
 Milvus adest miserumque truci capit ungue duellum  
 Hic iacet, ambo iacent, viscera rupta fluunt.  
 Sic pereant, qui se prodesse fatentur et obsunt;  
 Discat in auctorem pena redire suum.

4. Fabula iv de cane et ove <sup>1</sup>.

De calumniosis hominibus talis dicitur fabula, quod semper calumniosi in bonos cogitant mendacium et faventes secum adducunt ac falsos testes emunt. De his ergo talis preponitur fabula. Canis calumniosus dixit deberi sibi ab ove panem, quem dederat mutuo. Contendebat autem ovis, nunquam se panem ab illo recepisse. Cum autem ante iudicem venissent, canis dixit se habere testes. Introductus lupus ait: Scio panem comodatum ovi. Inductus milvus: Me coram inquit accepit. Accipiter cum introisset: Quare negasti quod accepisti inquit? Victa ovis tribus testibus falsis, indicatur artius exigi. Coacta vero ante tempus lanas suas vendidisse dicitur, ut quod non habuit redderet. Sic calumniosi faciunt malum innocentibus et miseris.

[64<sup>b</sup>] Die iv fabel von dem hund und schauff.

Von den . . . sezet Esopus ain söliche fabel. Ain . . . hund sprach ain schauff an vor gericht umb ain brot, das er im geluhen hette. Das schauff lögnet und sprach, er hett nie kain brot von im empfangen. Der hund rümet sich zügnus, die ward im ze hören erkennen; do ward für gezogen ain wolf der sprach: Ich waiß, das er im das brot gelühen hat. Mer ain wy oder ain aar der sprach: Ich bin darby gewesen. Do der gyr hin yn gieng, sprach er zu dem schauff: Wie getarst du lögnen, das du empfangen hast? Das schauff ward überwonden mit dry falschen zügen, und geurtailt, dem hund das brot alsbald wider ze geben, und ward bezwungen, syne wollen ze unrechten zyten an ze gryffen, daz es bezalen möchte, das es nie schuldig worden was. Also tund die . . . den unschuldigen, daz sy allweg triegery über sie erdenkend, und ir fürniemen mit falschen zügen und gestiften lügen bestetigent.

## De cane et ove.

[65<sup>a</sup>] In causam canis urget ovem, sedet arbiter, audit,

Reddat ovis panem, vult canis, illa negat.

Pro cane stat milvus, stat vultur, stat lupus, instant,

\*

1 I, 4, Hund und schaf, Phädrus 1, 17; Romulus 1, 4.



Panem quem pepigit reddere, reddat ovis.  
 Reddere non debet, nec habet quem reddere possit,  
 Et tamen ut reddat, arbiter instat ovi.  
 Ergo suum, licet instet hyems, prevendit amictum,  
 Et boream patitur vellere nuda suo.  
 Sepe fidem falso mendicat inertia teste,  
 Sepe solet pietas criminis arte capi.

### 5. Fabula v de cane et frusto carnis. <sup>1</sup>

Amitit proprium quisque avidus alienum sumere cupit. De talibus Esopi fabula sic narrat. - Canis flumen transiens partem carnis ore tenebat, cuius umbram videns in aqua, aliam carnem credens, patefecit os, ut etiam eandem arriperet; et illam quam tenebat dimisit, eamque statimque fluvius rapuit. Et sic constitit ubi illam perdidit, et quam putabat sub aqua arripere, non habuit, ac illam quam ferebat similiter perdidit. Sic sepe qui alienum querit, dum plus vult sua perdit.

#### [65<sup>b</sup>] Die v fabel von dem hund und stuk flaisch.

Welher ze vil gytig ist über fremdes guot, der verlürt oft syn aigen guot dardurch. Von den selben sagt Esopus also. Ain hund truog ain stük flaisch in dem mul, und lieff durch ain fließend waßer. Im durchlouffen sicht er das flaisch in das waßer schynen, und wänet er sech ain ander stuk in dem waßer, und ward begirig das selb ouch ze niemen, und so bald er das mul uff tett, das selb ouch ze erwüschien, enpfiel im das, das er vor truog, und fuort es das waßer bald hinweg. Also stuond er und hett das gewiß mit dem ungewißien verlorn. Darumb welher gytiger ze vil wil, dem würt oft ze wenig.

#### De cane et carne.

Nat canis, in ore gerit carnem, caro porrigit umbram.  
 Umbra coheret aquis, has canis urgit aquas.  
 Spem carnis <sup>2</sup> plus carne cupit, plus fenore signum

\*

<sup>1</sup> I, 5. Hund und schatten, Phädrus I, 4; Kirchhof 2, 35. <sup>2</sup> carnis] carius.

Fenoris; os aperit, sic caro spesque perit.  
 Non igitur debent pro vanis certa relinqui,  
 Non sua si quis amat, mox caret ipse suis.

### 6. Fabula vi de leone, vacca, capra et ove. <sup>1</sup>

Dicitur in proverbio nunquam fidelem esse potentis divisionem cum paupere. De isto videamus quid hec fabula narret cunctis hominibus. Iuvenca, capella et ovis socii fuerunt simul cum leone, qui cum in saltibus venissent et cepissent cervum, factis partibus leo sic ait: Ego primam tollam ut leo; secunda pars mea est, eo quod sim fortior vobis; tertia vero mihi defendo quia plus vobis cucurri; quartam vero qui tetigerit me inimicum habebit. Sic totam predam illam solus improbitate sua abstulit. Cunctos monet hec fabula non sociari cum potentibus.

### [66<sup>a</sup>] Die vi fabel von dem löwen, rind, gaisß und schauf.

Es ist ain gemain sprichwort: Nicht gesell dich zuo gewalt, so behelt dyn wesen ouch ain guot gestalt. Von dem sagt Esopus allen menschen ain sölliche fabel. Ain rind, ain gaisß, ain schauff, geselten sich zuo ainem löwen. Sie zohen mit ainander uff das gejägt in ainen forst und fiengen ainen hirs, der ward in fier tail getaillet. Do sprach der leo: Den ersten tail nim ich, darumb, das ich ain leo und ain künig aller tiere bin; so ist der ander tail myn, darumb das ich sterker bin wann ir; so will ich den dritten han, darumb das ich fester geloffen bin wann ir. Welher aber den fierden an regt, des fynd will ich syn. Also schilet der untrüw leo die dry von ieren tailen und behielt er sie all. Dise fabel warnet alle menschen vor der mechtigen geselschaft hüten sölle; die selben fabel seczet Rimicius <sup>2</sup> in der nütwen translation uß [66<sup>b</sup>] kriechisch in latin von dem löwen, ain esel und ain fuchs. Und als der esel von dem löwen gehaißen ward ze tailen, machet er dry tail dar uß. Darum ward der leo zornig über den esel und grißgramet mit den zenen und sprach zuo dem fuchs, er solte tailen. Do stieß der fuchs die tail all dry wider zesamen und gab sie dem löwen

\*

<sup>1</sup> I, 6. Löwentheil, Phädrus 1, 5; Kirchhof 7, 23.  
 Crimicius.

<sup>2</sup> Rimicius]

gar. Das gefiel im und sprach: Fuchs, wer hat dich so wol gelert tallen? Antwürt er bald: Die sorg, dar inn der esel gestanden ist, hat michs geleret. Und wyset dise fabel, das der sälig ist, den <sup>1</sup> fremde sorg fürsichtig machet.

### Leo, capra, iuvenca, ovis.

Ut ratione pari fortune munera summat,  
 Sumit fedus ovis, capra, iuvenca, leo.  
 Cervus adest, rapiunt cervum. Leo ait: Heres  
 Prime partis ero, nam mihi primus honor.  
 Et mihi defendit partem vis prima secundam,  
 Et mihi dat maior tertia iura labor.  
 Et pars quarta meum, ni sit mea, rumpit amorem.  
 Publica solus habet fortior yma premens.  
 Ne fortem societ fragilis vult pagina presens,  
 Nam fragili fidus nescit esse potens.

### 7. Fabula vii de fure, malo et sole. <sup>2</sup>

Natura nemo mutatur; sed de malo peior nascitur. De hoc audi fabulam. Vicini, qui erant furi, frequentabant illi nuptias. Sapiens cum intervenisset vicinos gratulari ut vidit, continuo narrare cepit: Audite inquit, gaudia vestra. Sol uxorem voluit ducere; omnis natio interdixit ei, et magno clamore Iovi conviciis non tacuerunt. Iupiter commotus ab illis causas iniurie querit; tunc unus ex illis ait Iovi: Modo sol unus est nobis et estu suo omnia turbat tanto, ut deficiat simul omnis natura; quid nam erit nobis futurum, cum sol filios procreaverit! Admonet, malis hominibus non congratulari.

[67<sup>a</sup>] Die vii fabel von dem dieb und der sunnen.

Was dem menschen von der natur anhanget, das mag im hart benomenn werden, als dise fabel bezüget. Uff ain zyt hetten die nachpuren große fröd und wohnust mit ainem dieb uf syner hochzyt, in hoffnung er würde sich verkeren. Zuo denen kam ain wyser man, und als

\*

1 den] der.    2 I, 7. Zwei sonnen, Phädrus 1, 6; Pauli 498.

er sie in fröden sach, sprach er zuo in: Hören zuo. Ich will tich tiwere fröden uslegen. Die sunn wolt sich uf ain zyt vermäheln, das was wider alle land, und warde die gancz welt darumb ungedultig, so vil, das sie ouch den öbristen got Iupiter darumb scheltwort nicht überhuobent. Darumb ward Iupiter zornig, und fraget ursach der scheltwort. Do sprach ainer zuo im: Wir haben iecz nit me wann ain ainige sunnen, die betrübt alle ding mit ierer hicz, so vil, das sich die natur dar von krenket; was sol uns dann künfftig werden, waun die sunn ander sunnen bringen würde? Die fabel zögt, das man sich nit mit den bösen fröwen sol umb syns gelychen zemerren; wann griß schlecht gern nach gramen, ain dieb bringt den andern.

### De fure et sole.

Femina dum nubit furi, vicinia gaudet,  
 Vir bonus et prudens talia verba monet:  
 Sol pepegit sponsum, Iovis aurem terra querelis  
 Pertulit et causam, cur foret egra, dedit.  
 Sole premor solo, quid erit, si creverit alter,  
 Quid patiar, quid aget tanta caloris hyems?  
 Hic prohibet sermo letum prehere favorem,  
 Qui mala sectantur vel male facta parant.

### 8. Fabula octava, de lupo et grue. <sup>1</sup>

Quicumque malo benefacit, satis peccat, de quo talem audi fabulam. Ossa lupus cum devoraret, unum ex illis in faucibus ei adhesit transversum, graviter eum affligens. Invitavit lupo magno premio, qui ab hoc malo ipsam liberaret, os illud de faucibus extrahendo. Rogabatur grus collo longo, ut prestaret lupo medicinas. Id egit, ut immitteret caput faucibus lupi et os ledens extraheret. Sanus cum esset lupo, rogabat grus promissa sibi premia reddi. At lupo dixisse dicitur: O quam ingrata est grus illa, que caput incolume de nostris faucibus extraxit, nec dentibus meis in aliquo vexatum, et insuper mercedem postulat. Nunquit meis virtutibus facit iniuriam. Hec fabula monet illos, qui malis volunt benefacere.

\*

<sup>1</sup> I, 8. Wolf und kranich, Phädrus 1, 8; Kirchhof 7, 42.

[68<sup>a</sup>] Die viii fabel von dem wolff und kranch.

Welher den bösen wol tuot, der würt selten belönet; dar von hör dise fabel. Ain wolff verschland ain bain, an dem er große pyn erlaide, wann es im über zwerch in dem schlund was gesteket; der erbot sich großes lones, welher im an dem übel möchte gehelffen. Do ward berüffet der kranch mit dem langen hals, daz er dem wolff hilff bewyset, der selv stieß synen kragen in den schlund des wolffes und zoch im das bain daruß und machet in gesund. Als aber dem wolff geholfenn ward, begeret der kranch, daz im der versprochen lon würde gegeben. Do sagt man wie der wolff spräche: O wie undankbar ist dieser kranch, so er so tief ist in mynen schlund gewesen, und hab ich in ungelecz von mynen zennen laßen genesen, und begeret danocht lones von mir, daz doch mynen tugenden schmachlich ist! Dise fabel warnet alle die, die den bösen wellent dienstlich syn oder guotes bewysen.

[68<sup>b</sup>] *Lupus, grus.*

*Arta lupum cruciat via gutturis osse retento,  
Mendicat medicum multam daturus opem.  
Grus promissa petit de faucibus osse refulso,  
Cui lupus: En vivis munere tuta meo.  
Nonne tuum potui morsu abscindere collum?  
Ergo tibi munus sit tua vita meum.  
Nil prodest prodesse malis, mens prava malorum  
Immemor accepti non timet esse boni.*

9. *Fabula nona de duobus canibus.*

Blanda verba mali hominis graves faciunt iniurias, quas ut omnes vitemus subjecta monet fabula. Canis parturiens rogabat alteram, ut in eius cubiculo exponeret foetum. At illa roganti concessit ingressum, ut partum exponeret; deinde et illa rogabatur, ut cum catulis suis iam firmis exiret, illa vero roganti non concessit. Paulo post ille cepit cubile suum repetere et minando illam ut exiret hortari. At illa ab stomacho sic ait: Quid me turbas cum iniuria? Si mihi meeque turbe

•

occurras et sis fortior nobis, reddam locum tibi. Sic sepe boni amittunt sua per aliorum verba blanda.

[69<sup>a</sup>] Die ix fabel von zweien hunden.

Senftmütige schmaichwort bringent oft den menschen schädliche ungemach. Und darumb daz wir den schmaichern und liebcallern nit uff losen, sonder sie vermyden, seczet Esopus dise fabel. Ain tragende hüntin bat mit senften schmaichenden worten demütiglich ainen hund, das er ir vergündet in synem hüslin ze welffen. Der hund vergündet ir das und wich uß synem huß und ließ sie dar inn. Da das beschach daz sie gewelffet hett und nun die jungen erstarket waren, bat sie der hund uß ze gan und syn hus zerumen, aber sie wolt es nit tuon. Unlang darnach erfordert der hund syn hus mit etwas tröworten bittende; do antwürt im die hüntin ungestümglich: Warumb bekimerst mich unrechtiglich? wilt du je wider mich und myn volk syn oder bist du sterker wann wir, so will ich uß dem hus wychen. Also verlieren oft die fromen ir guot durch schmaichwort und liebcallen der bösen.

De canicula et cane.

De partu querulam, verborum nectare plenam  
 Pro cane mota canis suscepit ede canem.  
 Hec abit, illa manet, hec cursitat, illa quiescit.  
 Huic tamen a partu rumpitur illa quies.  
 Illa redit reddique sibi sua iura precatur,  
 Obserat hec aurem, non minus aure domum.  
 Plus prece posse minas putat, hec plus bella duabus,  
 Nescit posse minas plus prece, bella minis.  
 Cum dolor hanc armat, plus matrem filius armat;  
 Cedit sola gregi, causaque iusta perit.  
 Non satis est tutum mellitis credere verbis,  
 Ex hoc melle solet pestis amara sequi.

10. [69<sup>b</sup>] Fabula x de homine et serpente. <sup>1</sup>

Qui fert malo auxilio, sciat quia satis peccat. Et cum illi benefecerit, sciat sibi noceri ab illo. Ideo hanc audi fabulam. Frigore

\*

1 I, 10. Mann und schlange, Phädrus 4, 19; Kirchhof 7, 73.

et gela urgente quidam homo pietatis causa colubrum ad se sustalit et intra lares suos aluit ac hyeme<sup>1</sup> tota fovit. Refectus usque ad tempus cepit esse iniuriosus et feneno multa fedare, et ne cum gratia exiret iniuriosus esse voluit. Hanc sciant multi fabulam qui voluntate quidem sua aliquos ingratos fovent, qui cum volunt abscedere nocent.

### Die x fabel von ain man und ainer schlangen.

Wer den bösen hilf bewyset, der sol wißen, daz er genuog fast mistuot, und so er im wol getan hat, so würdt er ze lon von im geschediget. Darumb hör dise fabel. Durch übrige kelty und große gefrüri ward ain man in gütikait bewegt, daz er ain schlangen in synem hus beherberget und winterfuoret [70<sup>a</sup>] mit syner spys. Do die kalten zyt vergangen waz, do ward der schlang mülich, und alle ding mit syner giff entrainigen, und daz er nit mit gnaden uß schiede, so begeret er ze leczen wien er möchte. Dise fabel söllent alle merken, die in guotem willen undankbarn menschen fürderlich und nütz synt, die in dem abschaiden lieber wölten schedigen, wann den nucz umb empfanges guot zuo fügen.

### Homo, coluber.

Dum nive candet humus, glacies dum sopit aquarum  
 Cursus, in colubrum turbida sevit hyems.  
 Hunc vidit, hunc reficit hominis clementia, ventum  
 Temperat huic tecto, temperat igne gelu.  
 Ver redit, imber abit, estas cum sole calescit,  
 Sic importunus fit magis atque magis.  
 Ore serit virus coluber, sic toxicat edem.  
 Hospes ait colubro: Non rediturus abi.  
 Non exit coluber nec vult exire, sed heret,  
 Amplexensque virum sibila dira movet.  
 Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum,  
 Pro fructu penam, pro pietate dolum.

### 11. Fabula xi de asino et apro.<sup>2</sup>

De male ridentibus sapiens talem subicit fabulam. Aliqui homines aliis contumeliosi existunt, sed sibi congerant malum, veluti asinus

\*

<sup>1</sup> hyeme] lyme. <sup>2</sup> I, 11. Esel und eber, Phädrus 1, 29; Kirckhof 7, 147.

occurrit apro: Salve, inquit, frater. Indignatus aper tacuit dissimulans, agitavitque caput. Absit, inquit, tamen a me, ut de vano sanguine dentes meos coinquinem, nam oportebit vel iniuriosum vel laceratum relinquere. Monet hec fabula insipientibus parci debere, stultos autem defendere, qui insultare volunt melioribus.

[70<sup>b</sup>] Die xi fabel von dem esel und wilden schwyn.

Von den übermütigen torochten spötigen menschen seczet der wys ain sölliche fabel. Etlich menschen schwächent die andern, daruß in selber ungemach uff erstat. Als der esel, do er dem wilden schwyn begegnet, sprach er zuo im: Ich grüß dich, bruoder. Daz schwyn ward unwirsch und gab im nit antwürt und verachtet syne wort, und schütet den kopf und gedacht in im selb: Du wilt dyn zen mit dem tippigen bluot nit vermalgen. Wann wa du dich mit im ynlegtest, so müstest aintweders in scheltenden oder zerrißnen hinder dir laßen und ist beßer den toren über hören. Dise fabel leret die menschen, daz man den toren vertragen sol und die narren beschirmen, die den wysen törlichen zuoredent.

**Asinus, aper.**

[71<sup>a</sup>] Audet asellus aprum risu temptare protervo,  
 Audet iners forti dicere: Frater, ave.  
 Vibrat aper pro voce caput, nam verba superbit  
 Reddere, sed dentem vix tenet ira trucem.  
 Sus tamen ista movet, vilem dens nobilis escam  
 Sprevit, desidia tutus es ipse tua.  
 Non debet stolidus ledi prudentia risu,  
 Nec stolidus doctum debet adire iocis.

12. Fabula xii de duobus muribus. <sup>1</sup>

Securum in paupertate melius esse quam divitem tedio macerari, per hanc brevem auctoris probatur fabulam. Mus urbanus iter agebat sicque a mure agrario rogatus hospitio suscipitur, et in eius brevi casella ei glandes et ordeum exhibuit. Deinde abiens mus itinere perfecto murem agrarium <sup>2</sup> rogabat, ut etiam ipse secum pranderet,

\*

1 I, 12. Stadt- und feldmaus, Kirchhof 1, 62. 2 murem agrarium] muremum agrari.



factumque est dum simul transirent, ut ingrederentur domum honestam in quoddam cellarium bonis omnibus reffectum. Cum hec mus muri ostenderet, sic ait: Fruere mecum, amice, de hiis que nobis quotidie superant. Cumque multis cibariis vescerentur, venit cellerarius festinans et ostium cellarii impulit; mures strepitu territi fugam per diversa petiere. Mus urbanus notis cavernis cito se abscondit. At miser ille agrarius fugit per parietes ignarus morti se proximam putans. Dum vero cellerarius exiret celare ostio clauso, sic mus urbanus agrario dixit: Quid te fugiendo turbasti? fruamur amice bonis his ferculis omnibus! nil verearis nec timeas, periculum namque nullum est nobis. Agrarius hec contra: Tu fruere his omnibus, qui nec times nec pavescis, nec te quotidiana terret turbatio; ego vivo frugi in agro ad omnia letus. Nullus me terret timor, nulla mihi corporis perturbatio. At tibi omnis sollicitudo [71<sup>b</sup>] et nulla est securitas, a tensa teneris muscipula, a catto captus comederis, ac infestus ab omnibus exosus habebis. Hec fabula illos increpat, qui se iungunt melioribus, ut aliquo bono fruantur, quod ipsis a natura datum non est, diligant ergo vitam homines frugalem ipsis a natura datam, et securiores in casellis vivant.

### Die xii fabel von zwaijen müsen.

Vil beßer ist in armuot sicher leben, wann in richtung durch forcht und sorgfeltikait verschmorren, als durch dise kurzze fabel Esopi würt bewyset. Ain husmus gieng über feld und ward von ainer feldmus gebetten, by ir ze herbergen. Von der sie ward wol und schon in ir klaines hüslin empfangen, und mit aicheln und gersten gespyset. Als sie aber von dannen schiede und ieren weg volbracht, wider haim in ir hus kerend, bat sie die feldmus, mit ir zegaun, und das mal ouch mit ir ze niemen. [72<sup>a</sup>] Das beschach, und giengen mit ainander in ain schön herlich hus, in ainen keller, dar inn aller hand spys behalten was. Die zöget die mus der mus und sprach: Fründ, nun bruch diser guoten spys nach dynem willen; deren hab ich täglich überflüssig. Als sy aber mangerlay spys genoßen hetten, do kam der keller ylend geloffen und rumpelt an der tür. Die müs erschrakent und wurden fliehen, die husmus in ir erkantes loch; aber der feldmus warend die löcher unerkant und wiste nit ze fliehen, wann allain die wend uff und ab ze louffen, und hette sich ieres lebens verwegen. Do aber der schaffner uß dem keller kam und die tür beschloßen hett,

sprach die husmus zuo der andern: Warum betrübst du dich selber mit dynem fliehen, lieber fründ? Laß uns essen und wol leben mit der guoten spys, wann hie ist kain sorg; fürcht dir nit, sonder biß wol genuot. Antwürt die feldmus: Behalt dir dyne spys, bruch sie nach dynem willen; wann du hast weder sorg noch angst, dich bekümmern ouch die täglich trübseli nit; so leb ich wol und mäßlich uff dem acker, frölich zuo allen dingen, kain sorg bekrenket mich, kain trübsali des lybes, so bist du allweg sorgfältig, und haust kain sicherhait; dir synt allweg fallen gericht, dich ze fahen, die kaczen durchächten dich zuo allen zyten, und bist iere spys on widerstand, und von menglichem gehaßet. Dise fabel straffet die lüt, die sich zuo andern höhern menschen gesellent, daz sie etwas von inen erlangen mügen, das in doch von dem geltkrad nicht bescheret ist. Darumb söllent die menschen das gemachsam ruowig leben erwelen umb merer sicherhait in ieren armen hüslin ze behalten, und nit begeren daz ieren naturen nit zuo gehört noch gewonlich ist.

[72<sup>b</sup>] De duobus muribus.

Rusticus urbanum mus murem suscipit, ede  
 Comedat ut secum, mensaque mente minor.  
 In tenui mensa satis est in mensa voluntas,  
 Nobilitat viles mens generosa dapes.  
 Facto fine cibus, urbanum rusticus adit,  
 Urbani socius tendit ad urbis opes.  
 Ecce penu subeunt, inservit amicus amico,  
 Invigilant mense, fercula mensa gerit.  
 Emendat conditque cibos clementia vultus,  
 Convivam satiat plus dape frontis honor.  
 Ecce sere clavis immurmurat, ostia latrant,  
 Ambo timent, fugiunt ambo, nec ambo latent.  
 Hic latet, hic tenebras cursu mendicat incepto,  
 Assumitur muro reptile muris onus.  
 Blanda penu clauso parcat fortuna timenti,  
 Ille tamen febrit, teste tremore timet.  
 Exit qui latuit, timidum solatur amicum:  
 Gaude, carpe cibos, hec sapit esca favum.  
 Fatur qui timuit, latet hoc sub melle venenum,

Felicitumque metu non puto esse bonum.  
 Quam timor obnubit, non est sincera voluptas,  
 Non est sollicito dulcis in ore favus.  
 Rodere malo fabam, quam cura perpeti rodi,  
 Degenerare cibos cura diurna facit.  
 His opibus gaude, qui gaudes turbine mentis,  
 Pauperiem ditat pax opulenta mihi.  
 Hec bona solus habe, que sunt tibi dulcia soli,  
 Dat pretium dapibus vita quieta meis.  
 Finit verba, redit, preponit tuta timendis,  
 Et qui summa timent, tutius yma petant.  
 Pauperie; si leta venit, tutissima res est.  
 Tristior immensas pauperat usus opes.

### 13. [73<sup>a</sup>] Fabula de aquila et vulpe.<sup>1</sup>

Potentes metuere debere infimos hec attestatur fabula. Vulpinos catulos aquila rapuit ac in nidum deportavit, ut pullis suis escam daret; prosecuta vulpes aquilam rogabat cattulos suos sibi reddi. Aquila contempsit vulpem quasi inferiorem, vulpes plena dolo ab ara ignem rapuit et arborem circumdedit collecta stipula. Cumque fumus et flamma perstreperent, aquila dolore pulsa natorum, ne flammis simul perirent, inculmes vulpinos cattulos supplex reddidit matri. Docet hec fabula multos, ne quis insultet inferiori et ab aliqua flamma vindicte incendatur.

### Die xiii fabel von dem adler und dem fuchs.

Die mächtigen söllent die nidern nit verachten, als dise fabel bezüget. Ain adler nam ainem fuchs sine jungen fuchslin, und füret sie in syn nest ze spysen syne juugen. Der fuchs lief hinauch und bat den adler, im syne welffly wider ze geben. Aber der adler verachtet in als den mindern, an [73<sup>b</sup>] dem wenig läge. Der fuchs waz böslig und nam ainen brand von dem altar, dar uff von geschicht ain offer bran und umbgab den nestbom mit dürrem holcz und stapfeln und zündet die an. So bald aber der rouch und flamm knalczen und

\*

1 I, 13. Adler und fuchs, Phädrus 1, 28; Romulus 2, 8.

uffriechen wurden zuo den jungen in daz nest, do ward der adler laider und sorgfelig umb syne kind, das sie nicht mit den jungen fuchs verdürbent, und bat den fuchs ab ze laußen, so wölt er im syne kind ouch frisch und gesund wider antwürten. Dise fabel leret die menschen, daz die nidern nit söllen verachtet oder geleczet werden, daz sie nit gestraffet werden mit dem feüwer der rauch und göttlicher gerechtikait. Als dise fabel in gelicher mainung, doch mit andern worten, in den nūwen fabeln die erst ist ußwyset, und ouch die dritt von dem adler und dem kefer.

### De aquila et vulpe.

Dum vulpes aquilam pro rapta prole perungit  
 Melle precum, predam reddere nescit avis.  
 Preda gemit nidique cibis timet esse gulosi,  
 Sed redimit natos utilis arte parens.  
 Arboreum zonat stipulis et vimine truncum,  
 In stipulam docto porrigit ore facem.  
 In pullos aquile consurgit copta fumi.  
 Hanc tamen ut vulpem provida placat avis.  
 Non igitur studeat, quis maior obesse minori,  
 Cum bene maiori possit obesse minor.

#### 14. Fabula xiv de aquila, testudine et corvo.<sup>1</sup>

[74<sup>a</sup>] Qui tutus et munitus est, a malo consiliatore subverti potest. De hoc auctor sic ait: Aquila testudinem rapuit, et alto celo cum ea volavit, testudo intra se collectus nullo pacto frangi potuit. Contra volans cornix, verbis aquilam laudans: Optimam, inquit, fers predam, sed nisi ingenio utaris, frustra portabis onus, nec utilis erit tibi hec preda. Tunc aquila illi partem prede promisit, ut illi consuleret. At cornix tale dedit consilium, et ait: Usque ad astra volato et ab alto super petram preda tua cadat, ut testa frangatur testudinis, et nos esca fruemur. Hoc iniquo consilio cornicis periit testudo, quam natura forti concha munierat.

\*

1 I, 14. Adler und schnecke, Phädrus 2, 6; Kirchhof 7, 178.

### Die xiv fabel vom adler, schneken und kraen.

Welcher sicher und bewaret ist, der hüt sich, daß er durch bösen raut nit werde geschediget. Dar von spricht Esopus also: Ain adler nam ainen großen schneken in den fuoß und füret in hoch uff in die lüfft, doch hette sich der schnek yngezogen, daz in der adler nit mocht uß dem hüslin gewinnen. [74<sup>b</sup>] Do begegnet im ain kra und schmaichet im mit worten und sprach: Du fürest da ain über guoten roub. Aber es sye dann daz du sinn bruchest, so verlütset du dyn müe, und würt dir diser roub nit zuo nucz komen. Do versprach der adler der kraen ainen tail des roubes, daz sie im dar zuo riete. Do gab die kra ainen sölichen ratt, und sprach: Du solt uffliegen, uncz an die himel, und lauß den schneken houch herab uff ainen stain fallen, daz die schalen zerbrechen, so senhen wir die spys vor uns ligen, die wir fröhlich nießen werden. Durch disen listigen raut der kraen verdarb der schnek und ward des adlers spys und der kraen, wie wol er von der natur mit hüslin und herten schalen wol bewaret was.

#### Aquila, testudo.

Pes aquile p̄feda testudinis aera scindit,  
 Hanc sua concha tegit, cornua longa latent.  
 Hoc monita cornix aquilam premunit ineptum:  
 Fers onus, hoc fiet utile, crede mihi.  
 Quod geris in concha, cibus est, tibi surripit illum  
 Concha cibum. Concham frange, cibusque cadet.  
 Ut concham lanies, pro viribus utere sensu.  
 Hanc si celsa cadet, saxea frangit humus.  
 Ad volucris monitus testudo fertur ad astra  
 Inde cadens fracta fit cibus arte mea.  
 Ingenium vires superat, prudentia summa  
 Credere prudenti, lingua ministra necis.  
 De se stultus homo subversus turbine lingue  
 Corruit et fortes ista procella rapit.

#### 15. [75<sup>a</sup>] Fabula xv de corvo et vulpe. <sup>1</sup>

Qui se laudari gaudent verbis subdolis decepti penitent. De quo hec est fabula. Cum de fenestra corvus caseum raperet, alta consedit

\*

1 I, 15. Rabe und fuchs, Phädrus 1, 18; Kirchhof 7, 80.  
 Isop.

in arbore. Vulpes, ut hunc vidit, caseum habere cupiens subdolis verbis sic eum alloquitur: O corve, quis similis tibi, et pennarum tuarum qualis est nitor, qualis esset decor tuus, si vocem habuisses claram, nulla tibi prior avis fuisset. At illa vana laude gaudens dum placere vult et vocem ostendere validius clamavit, et ore aperto oblitus casei ipsum deiecit. Quem vulpes dolosa celerius rapuit et avidis suis dentibus abrodit. Tunc corvus ingemuit, ac vana laude deceptus penituit, sed post factum quid penitet. Monet autem hec fabula cunctos verbis subdolis vaneque laudantibus non attendere.

[75<sup>b</sup>] Die xv fabel von dem rappen mit dem kās und fuchsen.

Welche den schmaichern und den liebkallern gerent ierer wort ufflosen, die werdent betrogen, und rüwig darum syn, als dise fabel ußwysset. Ain rapp nam ainen kās in ainem fenster und füret in uf ainen hohen boum. Do das ain fuchs ersach, ward er des kās begirig, und sprach im zuo schmaichend mit lobworten: O rapp, welher ist dir gelych! Nun hat doch kain vogel sölichen schyn der federn als du hast. Kain zierlicher vogel möchte erfunden werden, wann du nun ain stimm hettest, dyner schöny gelyche; aber dyne stimm ist ze grob. Der rapp fröwet sich des üppigen falschen lobes und wolt sich gefälliger machen und syn stimm größer erzaigen. Er rekt sich und schry kreftiglich. Als er aber den schnabel uf tett, enpfiel im der kās; denselben ergrif der böslitig fuchs behendiglich und fraß in. Do ward der rapp rüwig und merket erst, daz alle süße wort des fuchs in list und untrüw warent beschenhen. Darum warnet dise fabel menglich vor den schmaichern und liebkallern.

De vulpe et corvo.

Vulpe gerente famem, corvum gerit arbor, et escam  
 Ore gerit corvus vulpe loquente silet:  
 Corve, decore nites, cignum candore parentas.  
 Si cantu placeas, plus ave quaque places.  
 Credit avis, pictaque placent prelua lingue.  
 Dum canit, ut placeat, caseus ore cadit.  
 Hoc fruitur vulpes, insurgunt tedia corvo.  
 Asperat in modico damna dolore pudor.  
 Fellitum patitur risum, quem mellit inanis  
 Gloria; vera parit tedia falsus honor.

16. [76<sup>a</sup>] *Fabula xvi de leone apro, thauro et asino.* <sup>1</sup>

Quisquis amisit dignitatem, deponat audaciam pristinam, ne a quolibet iniuriam patiatur, ut hec probat fabula. Annis decrepitus et viribus leo cum gravatus iaceret spiritum extremum trahens, aper ad eum venit iratus et spumans dentibus suis fulmineis et veterem ictum vindicavit. Thaurus confodit cornibus hostile corpus leonis, asinus autem dum sic videret feram dudum sibi inimicam, calcibus illi frontem contudit. At ille cum gemitu suspirans sic dixisse fertur: Cum virtus mea staret, fuit honor, fuit et timor, ut omnes nisi me curarent, ut opinio ipsa de me plures terreret, multos autem benivolus non lesi sed et ipsis auxiliator fui, qui omnes nunc mihi malignantur. Et quia vires et potentia defecerunt, omnis honor simul periit cum illis. Monet multos hec Esopi fabula, mansuetos esse in dignitate.

[76<sup>b</sup>] *Die xvi fabel von dem löwen, eber, stier und esel.*

Welher den gewalt verloren hat, der sol ouch synen hohmuot von im legen, daz er nit von menglichen gekestiget werde, als dise fabel ußwysset. Ain leo ward ser krank von vily syner jar, daz er an synen kreften fast het ab genomen, so vil, als ob im die sele uß wölt gaun. Do kam zuo im ain eber zorniger und schomend mit synen scharpfschnydenden zenen, und rach an im den alten schaden von im empfangen. Der stier stieße synen lyb und wundet in mit baiden hornen. Do aber der esel den also krank sach ligen, der ettwan syn fynd gewesen waz, schluog er in mit synem fuoß gar hart an die stirnen. Der leo erstüfczet und sprach: Die wyl ich by minen kreften was, do lebt ich in großen eren, ich waz menglichem forchtsam und hetten mich alle tier in sorgen und allain an mich gedenken erschreket iederman. Ich bin ouch gegen vilen gütig gewesen, die ich nit hab geleczet, sonder hilf erzöget, die nun alle wider mich synd erbittert, und so myn kraft und gewalt hin synd, so ist all myn eer mit inen vergangen. Dise fabel warnet und leret die gewaltigen, daz sie in ierem gewalt gütig und senftmütig syen, das kain rauch nach ußgang des gwalcz über sie gang.

*De leone antiquo.*

Irretit miserum gravitas annosa leonem,  
Inglaciat corpus corque senile gelu.

\*

1 I, 16. Löwe im alter, Phädrus 1, 21; Kirchhof 7, 27.

Instat aper, pensat veteri pro vulnere vulnus,  
 Frontis eum telo taurus utroque fodit,  
 Sevit asellus iners et frontem calce sigillat.

Hec solo gemitu vindicat acta leo.

Omnia que vici, me vincunt, heu, dormit  
 Vis mea, dormit honor, dormit honoris opus.  
 Cui nocui, nocet ille mihi, multisque peperci,  
 Que mihi non parcunt, pro pietate nocent.

[77<sup>a</sup>] Hunc timeat casum, qui se non fulcit amicis,  
 Nec dare vult felix, quam miser optat opem.

### 17. Fabula xvii de asino et catella. <sup>1</sup>

Quem non decet reddere officia, ut quid se ingerit melioribus, de quo auctor subiecit fabulam. Asinus quottidie videbat catelle blandiri dominum de mensaque illam saturari, et familiam illi plura largiri. At sic dixisse mente asinus fertur: Si hoc animal tam exiguum et im-mundum tantum meus diligit dominus totaque familia, quantum utique me diligeret, si obsequium illi prestavero, melior namque cane sum ad plurima utilis officia, insuper aqua de sanctis fontibus alor, cibus mundus mihi datur, melior sum catello, meliori vita frui, possum et maximum honorem habere. Cumque hec asinus secum cogitasset, vidit dominum introire accurratque velocius clamans, prosiluit super eum humerisque suis pedes anteriores imposuit linguaque, ut catella solebat, eum lingens, vestem etiam suam deturpavit, suo pondere ipsum fatigando. Dominus autem asini blandimentis territus, clamare cepit et auxilium petere; ex hoc concitatur omnis familia, fustesque et lapides arripiunt ac verberibus asinum debilitant membris costisque fractis eum ad presepium ligant lassum et semivivum. Fabula hec monet, ne quis indignus se ingerat, ut meliori officium faciat.

### [77<sup>b</sup>] Die xvii fabel von dem esel und dem hündlin.

Welcher zuo gebürlichen diensten nicht geordnet und untöglich ist, der sol sich nit understaun, dem beßern und höhern ze dienen, denen iere dienst unenpfenglich werdent, dar von hör dise fabel. Ain esel sach, wie ain klaines hündlin von ainem herren erzogen, sich täglich liebet gegen dem herren, darumb es der herre straichet und gab

\*

1 I, 17. Schmeichelnder esel, gesta Romanorum 79.





im syner spys, und alles husgesind schmaichet im. Do das der esel ersach, gedacht er in im selber: So das klain unsber tier myn herr so lieb hatt, und das gancz husgesind umb so klain schmaichend dienst, wie lieb würde er mich dann haben, wann ich im ouch schmaichet und gegen im mich liebet; es würde im bas von mir gefallen, so ich so groß bin und bas geboren, wann der hund, und bin ouch zao vil dingen nützer, wann daz hündlin, ich würd billich bas geeret. Do aber der esel dise ding also in im selber betrachtet, so sicht er den herren yn gaun; ze hand lieff er dem herren engegen und erzöget syne fröd mit synem geschray und sprang uff den herren und stellet sich mit synen fordern füßen uff die achseln des herren und beschlecket im synen mund und das angesicht und bestrebt im syn gewand und truket den herren so hart, daz er die diener anruffet, daz sie in vor dem esel fryen möchten. Da ward alles husgesind über den esel bewegt mit stangen, steken und stainen, und zerschluogen im synen ruken und die lend, zerbrachen syne ripp, und bunden in wider an die kripp müden, daz er hart by leben mocht helyben. Dise fabel wyset, daz nieman also in übermuot sol erheben, daz er sich höher dienst underwinde, die im nit gebürlich synd.

[78\*] De asino et catello.

Murmuris et caude studio testatur amorem,  
 Nunc lingua catulus, nunc pede calcat herum.  
 Gaudet herus comitque canem comitemque ciborum  
 Efficit, alludit turba ministra cani.  
 Arte pari similesque cibos, similemque favorem  
 Lucrari cupiens inquit asellus iners:  
 Me catulo prefert vite vigor, utile tergum,  
 Nec placeo fructu, sed placet ille ioco.  
 Ludam, ludo places. Sic ludit tempore viso  
 Ut ludo placeat, ludit et instat hero.  
 Blandiri putat ore tonans humerosque priorum  
 Pressit mole pedum, se putat esse pium.  
 Clamat herus, vult clamor opem, subit ordo clientum,  
 Multa domat multo verbere clave reum.  
 Quod natura negat, nemo faciliter audet,  
 Displicet imprudens, unde placere putat.

18. **Fabula xviii de leone et mure.** <sup>1</sup>

Innox si peccaverit et roget, oportet ut veniam accipiat, ut forte sit ubi serviat. De hoc audiamus fabulam nobis ordinatam. Dormiente leone in silva, mures agrarii luxuriantes alter casu super leonem transiliit. Expergefactus leo celeri manu miserum murem apprehendit. Ille captus veniam sibi dari rogabat, cum non voluntate sed casualiter fecerit; reddens causam peccati sui, quod plures cum luxuriarentur et solus inter ceteros peccasse fateretur. Leo vero de mure cogitat, non aliquid esse vindicte, si miserum murem occideret, crimen autem illi erit, non aliqua gloria laudis verum ignovit et vindictam dimisit. Post paucos autem dies leo in rethe cadit et capitur, dum vero captum se cognovit, maxima voce rugire cepit et maximo dolore dat sonum. Mus autem ut hec agnovit ad eum cucurrit ac [78<sup>b</sup>] quid talis sibi pretendat sonus quesivit, et quid acciderit aut mali evenerit scire voluit. At ubi leonem captum cognovit: Non est, o leo, quid timeas, inquit, parem tibi gratiam reddam, nam beneficii sum memor, dixit, et simul omnes illius artis ligaturas lustrare cepit, cognovit loca rodenda, sumpsit laborem oris sui et dentibus nervos cepit rodere et laxare artis illius ingenia, et sic mus leonem captum silvis restituit liberatum. Monet hec fabula, ne quis mñimos ledat, nam hora datur obsequii minorum erga potentes.

## Die xviii fabel von dem löwen und der mus.

Ob ain unachtbar oder schlechter mensch von dem nidersten staut den obersten etwas schmachait oder unrechts zuofüget voruß ungefarlich, und bittet syn verschulden ab ze laßen, dem sol man geweren, wann es komt die zyt des belönnens und widergelt der armen gegen den rychen oder mächtigen, dar zuo hör dise fabel. Ain leo lag schlaffend in ainem wald, und als sich die feldmus gailten und scherzczen [79<sup>a</sup>] under ainander, sprang aine ungefarlich uff den löwen. Der leo erwachet und ergriff sie behendiglich. Die mus batt in, ir gütiglich iere schuld und mistat ze vergeben, wann sie daz doch nit mit willen ge-than hett. Und sagt, wie ieren vil mit ainander hetten gescherczet, und sie wäre ungefarlich allain und kain andre mit ir uff in gesprun-

\*

1 I, 18. Löwe und maus, Kirchhof 7, 20.

gen und batte in syner gnaden. Der leo bedacht in im selber, daz die rach gegen ainer mus gar klain wäre und mer unlobs wann eere uß söllicher rauche im uferstünde, und vergab der mus ir mistat und ließ sie louffen; die mus schied in dankbarkait hinweg. In wenig tagen hinach fiel der leo in ain necz, und als er empfand, daz er gefangen was, ward er über lut löwen und schryen und mit großem schmercz syn ungefell mit hülen erklagen. Do das die mus erhöret, lieff sie bald zuo im und beschouwet, was im anläge oder ungefelles wäre zuo gestanden. Do aber die mus erkennet, daz er gefangen was, sprach sie zuo im: Du solt dir nit fürchten, ich will dir dyner guothait wider gelten, die du mir gethon hast, und darum dankbar <sup>1</sup> syn, und ward alle list der strik syner gefänknüs beschouwen, und so bald sie die erkennet, nam sie die arbeit ierer zen an sich und fieng an ab ze nagen und öffnen alle knöpf der gefenknus und alle iere list vernichten, und lediget dar mit den löwen und schickt in frölich wider in den wald. Dise fabel leret, daz man die mindern nit synt ze verachten, wann die stund komet, das alle guothait wirt belonnet.

[79<sup>b</sup>] **De leone et mure.**

Frigida sopito blanditur silva leoni.  
 Cursitat hic murum ludere prompta cohors  
 Pressus mure leo murem rapit, ungue precatur,  
 Ille precem librat, subiacet ira preci.  
 Hic tamen ante movet animo: Quid mure perempto  
 Laudis emam? summo vincere parva pudet.  
 Si nece devincat murem leo, nonne leoni  
 Dedecus et muri ceperit esse decus?  
 Si vincat minimum summus, sic vincere vinci est.  
 Vincere posse decet, vincere crimen habet.  
 Si tamen hoc decus est et laus sic vincere, laus est  
 Et decus hoc minimo fiet ab hoste minus  
 De precio victi pendet victoria; victor  
 Tantus erit, victi gloria quanta fuit.  
 Mus abit et grates reddit, si reddere posset,  
 Spondet opem, solus fit mora parva dies.

\*

1 dankbar] gankbar.

Nam leo rethe subit nec potest viribus uti,  
 Sed prodest querulo murmure damna loqui,  
 Mus redit, hunc reperit, cernit loca, vincla rodit,  
 Hac ope pensat opem, sic leo tutus abit.  
 Rem potuit tantam minimi prudentia dentis,  
 Cui leo dans veniam se dedit ipse sibi.  
 Tu qui summa potes, non despice parva potentem,  
 Nam prodesse potest si quis obesse nequit.

### 19. Fabula xix de milve infirmo et matre. <sup>1</sup>

Qui semper plasphebat, in angustia quid rogat, videamus qualem auctor noster subiecit fabulam. Milvus cum egrotaret et multis mensibus infirmus iaceret, nec amplius spem vite iam esse videret, matrem lacrimando rogabat, ut sancta loca circuiret et pro salute illius vota magna promitteret. Faciam, inquit, quod vis, fili, verum ne non impetrem illud [80<sup>a</sup>] vereor nate et vehementer timeo; nam omnia delubra vastasti et cuncta polluisti altaria, nec sacrificiis pepercisti. Quid vis ergo nunc quid orem? Audiet hec, qui commisso malo audet in malis suis loca sancta circuire maculatus, sed faciem eius et manus lavare debet, ut facta eius mala prius deleantur. Audiat et ille qui omnibus semper contrarius multos lesit et malis sibi instantibus querit auxilium. Nam in prosperitate quemvis qui offenderit, in adversis sibi amicum reperit neminem.

### Die xix fabel von zweyen wyen.

Welher sich mit menglichem zweyt und allweg hadert, der verwege sich hilf und bystands in synen nöten. Dar von sollen wir dise fabel des maisters hören. Zuo zyten was ain wy <sup>2</sup> krank, und als er vil monet gelegen waz, und kain hoffnung lebens mer an im sahe, bat er wainend syne muoter, daz sie umbgienge die hailigen stett, und groß gelübte für in tette um hail und gesunthait ze erwerben. [80<sup>b</sup>] Ich wils gern tuon, lieber sun, sprach die muoter, aber ich besorge, daz ich nichcz erwerben müge, wann du bist alle zyt on gotz forcht gewesen. Du hast alle tempel beroubet, und hast alle altar enteret,

\*

1 I, 19. Kranker weih, Pauli 288. 2 wy] wyser.

und kainer hailikait geschonet. War für wäre dann min bitten für dich! Dise fabel sollen die merken, die in sünden staund und ablaß suochen ungerüwet und gebychtiget. Es sol ain ietlich mensch vor luter werden on alle masen, will er von gott umb syn bitten erhöret werden; ouch dise menschen, die sich mit menglichen zweyen und allweg böslig in widerwärtigkait lebent, wann koment sy in not, so werdent sie gewonlich on hilf verlassen.

### De duobus milvis.

Morbi mole iacet milvus matremque precatur,  
 Ut superis pro se det sacra detque preces.  
 Mater ait: Mi nate, deos et sacra deorum  
 Turbasti, recolunt impia facta dei,  
 Criminis ultores pensant pro crimine penam,  
 Dum sacra turbares, pena emenda fuit.  
 Te cogit timor esse pium, te pena fidelem,  
 Hic timor, hec pietas cum nece sera venit,  
 Qui maculat vitam, sacras cur incolit aras?  
 Quem sua facta premunt, cur aliena levat?

### 20. Fabula xx de hyrundine et cetris avibus. <sup>1</sup>

Qui non audit bonum consilium, in se inveniet malum, ut hec approbat fabula. Spargi et arari lini semen aves omnes cum viderent, pro nihilo hoc habuerunt. Hyrundo autem hoc intellexit. Et convocatis omnibus retulit hoc esse malum. Deinde ut adolevit semen ac bene excrevit, iterum hyrundo [81<sup>a</sup>] ait illis: Hoc in nostrum crescit interitum; venite, eruamus illud. Nam cum creverit retia facient ex illo et humanis quidem artibus capi possumus! Eius autem consilium omnes contempserunt. Ut autem contemni consilium illud hyrundo videret, ad homines se transtulit, ut sub eorum tectis tutius degeret, et que respuerunt consilium audire nolentes semper anxie in retia caderent. Audiant hec propriis semper innitentes oppinionibus, neque aliorum consiliis assentientes.

\*

<sup>1</sup> I, 20. Hanfsamen; Kirchhof 7, 114.

## Die xx fabel von ainer schwalben und von den andern vogel.

Welhi guotem raut nit volgen, die enfahen oft großen schaden. Als dise fabel ußwyset. Do alle fogel uff ain zyt sachen den aker buwen, hanff und lyn daryn seyen, ward daz von inen verachtet. Aber die schwalb kund wol merken, was das seyen uff im truog, und ließ allen vogeln sagen, wie ain übel ding das wäre, aber sie hetten nicht acht daruff. Darnach als der flachs und hanff ains tails [81<sup>b</sup>] gewuochs, sprach die schwalb aber zuo in: Daz komt uns zuo übel, koment alle, daz wir in uß rüten; wann so bald das vol gewachset, so würt man necz daruß striken, daz wir durch menschlich künsten und list gefangen werden. Die vogel verachtetent alle ieren raut, und sie ward verspottet. Do daz die swalb merket, do schied sie von den vogeln ab dem feld, und zoch sich in die hüser zuo den lüten, daz iere wonung under den techern sicherer wäre, und welche ierem raut nit volgen wölten, allweg in sorgen stünden, das sie itt in den neczen gefangen würden. Dise fabel sollent die eigensinnigen merken, die allweg bedunket, ir aigen fürniemen sye das best, und anderen räten nümer folgen wellent.

### De hyrundine et lino.

Ut linum pariat lini de semine, linum  
 Nutrit humus sed aves tangit hyrundo metu.  
 Hec ait: Hoc semen nobis mala damna minatur,  
 Vellite pro nostris semina sparsa malis.  
 Turba fugit sanos monitus vanosque timores  
 Arguit. Exit humum semen et herba viret.  
 Rursus hyrundo monet instare pericula, rident  
 Rursus aves; homines placat hyrundo sibi.  
 Cumque viris habitans cantu placatur amico,  
 Nam provisa minus ledere tela solent.  
 Iam metitur linum, iam fiunt retia, iam vir  
 Fallit aves, iam se conscia culpat avis.  
 Utile consilium qui spernit, inutile summit,  
 Qui minus est tutus, retia iure subit.

[82<sup>a</sup>] INCIPIUNT CAPITULA DE LIBRO SECUNDO FABULARUM  
 ESOPI VIRI CLARISSIMI ATQUE INGENIOSI.

Fabula I.	De ranis.
Fabula II.	De columbis.
Fabula III.	De cane et fure.
Fabula IV.	De scrofa et lupo.
Fabula V.	De monte parturiente.
Fabula VI.	De agno et cane.
Fabula VII.	De domino et eius cane.
Fabula VIII.	De leporibus et ranis.
Fabula IX.	De lupo et edo.
Fabula X.	De homine paupere et serpente.
Fabula XI.	De cervo et ove.
Fabula XII.	De calvo et musca.
Fabula XIII.	De vulpe et ciconia.
Fabula XIV.	De lupo et tragede.
Fabula XV.	De graculo et pavonibus.
Fabula XVI.	De musca et mula.
Fabula XVII.	De formica et musca.
Fabula XVIII.	De vulpe, lupo et asino.
Fabula XIX.	De mustela et homine.
Fabula XX.	De rane et bove.

## INCIPIT LIBER SECUNDUS FABULARUM ESOPi VIRI CLARIS- SIMI ATQUE INGENIOSI.

### Prohemium.


Malo homini nunquam fides adhibenda est. Hanc pro hoc audi fabulam. Asinum egrum lupo visitavit et cepit corpus eius tangere et

\*

1 IV, 12. Fußspuren, Kirchhof 7, 25. 2 der] ger. 3 IV, 13. Esel und wolf, Romulus 4, 15.

interrogare, que maxime partes corporis eius dolerent. Respondit aselus: Quas tu tangis. Sic homines mali, etiam si prodesse se fingunt et bene loqui simulatorie velint, magis nocere festinent.

[142<sup>a</sup>] Die xiii fabel vom kranken esel und dem wolff.

Den bösen menschen sol man nümer getruwen. Des höre dise fabel. Ain wolff besach ainen esel in syner krankhait und ward im synen lyb begryffen und fragen, wa syn wee am grösten wären. Do antwürt im der esel: Wa du mich berürist, da ist daz wee aller gröbist. Daruß ist ze merken, daz den bösen menschen nit ze trüwen ist, und ob sie sich wol früntlich erzaigen und schmaichende wort gebent, so tragend sie doch das gift in dem herczen und begerent zeschedigen.

74. Fabula xiv de hirco maiore et tribus minoribus. <sup>1</sup>

Aliquando minores inter se detrahere solent maioribus. De hoc audi fabulam. Tres hirci minores cum viderent unum maiorem fugientem et timentem deridebant eum. Ille autem respondit eis: O desperati et ignari, si sciretis qualem hircum fugio non derideretis. Sic sepius potentibus personis ab inferioribus detrahitur.

[142<sup>b</sup>] Die xiv fabel von ain großen und dry klainen böcken.

Offt beschicht, das die mindern den öbrern und größern nachredent und schmähent, als dise fabel bewyset. Dry iung bök sahen ainen alten bok fliehen und fürchten und verspottent <sup>2</sup> in umb syn zaghait. Do antwürt inen der alt und sprach: O ir verzwyfelten unwißenden, wann ir wißten, wien ich flühe oder waz ich fürchte, ir würden myn nit spotten. Also beschicht oft, daz der gemain torocht man der wysen spottet und nachredet umb ir tuon; und wißte und erkante er die sachen, es bedächte in wolgetan.

75. Fabula xv de homine et leone. <sup>3</sup>

Virtutis tempus factis aliquid probare. Pro hoc audi fabulam. Homo et leo cum inter se certarent quis esset superior, et quererent

\*

<sup>1</sup> IV, 14. Böcke, Romulus 4, 16.      <sup>2</sup> verspottent] verspottentent.  
<sup>3</sup> IV, 15. Mensch und löwe, Kirchof 1, 80.

huius altricationis testimonium, cum venissent ad monumentum ubi erat pictura, quomodo leo ab homine suffocaretur, ostendit homo ille testimonium impicture. Cui leo ait: Hoc ab homine pictum est, nam si leo pingere nosceret, se pictum videres quomodo leo suffocasset hominem. Sed ego, inquit, dabo tibi verum testimonium. Induxit leo hominem ad amphitheatrum et ostendit illi vera fide, quomodo homo a leone suffocatur et dixit: Hic colorum testimonia non sunt, sed opus veritate factum. Hec fabula probat mendacium coloribus compositum a veritate cito superari, ubi est probatio certa.

[143<sup>a</sup>] Die xv fabel von dem mann und dem löwen.

Wort söllent mit den werken bestätigt werden. Darvon hör ain fabel. Ain man und ain leo zwaiten sich mit ainander mit worten, welher der krefftiger oder sterker wäre, und sölllicher zwaiung suochten die kuntschaft und wysung. Also füret der man den löwen über ain grab, daran gemalet stuond wie ain man ainen löwen erwürget; das zaiget er im, syne mainung ze wysen. Do sprach der leo: Das gemält ist von ainem menschen gemacht. Künde ich aber ouch malen; ich hette gemalet wie ain leo den man hette erwürget. Aber gee mit mir uf den fröden ploun, da man des fechtens pflegt, so will ich dir ware urkünd zaigen. Do sie also da hin kamen, do zaigt er im warliche werk, daz er sterker was und würget in, und sprach: Geferbte zügnus des grabes ist nit gnuogsam die warhait ze bewysen; da sichst du an den werken, das ich sterker bin. Dise [143<sup>b</sup>] fabel bewyset, daß geblümte luyg lycht von der warhait überwonden werdent.

76. Fabula xvi de pulice et camelo. <sup>1</sup>

Aliquanti, cum nihil sint, ipsi se magnificent, sicut auctoris brevis narrat fabula. Pulex stans in cameli sarcina, cum fuisset camelus onustus, plaudebat esse se meliorem, longum iter cum agerent, venerunt simul vespere ad stabulum. Pulex vero statim se ante pedes cameli excussit, et sic dixisse fertur: Bene feci, inquit, descendens de tuo dorso, ne te diutius gravarem. Et camelus ad pulicem sic ait: Gratias ago, quod nec te imposta gravatus sum, nec te nunc deposita

\*

1 IV, 16. Floh und kameel, Romulus 4, 18.

sum alleviatus. Hanc illi audiant fabulam, qui nec gravare nec iuvare possunt aliquando meliores.

### Die xvi fabel von der floch und dem camel tier.

Etlich unachtbar, die für nichte sint, machent sich selber groß. Als dise kurzce fabel Esopi bewyset. Ain floch wolt wandern über land und steket sich in ain ballen, die ain kemeltier uf [144<sup>a</sup>] im truog, darumb daz sie mit im hinweg keme, und vermaint darumb beßer ze syn, so sie von dem tier getragen würde. Do es aber spat ward und an die herberg komen waren, do sprang die floch ab dem tier für syne fuß und sprach: Ich will ab dir stygen, daz ich dich nit lenger beschwäre. Do sprach daz tier zuo der floch: Ich danke got, daz ich von dynen wegen nit bin beschwärt worden, noch von dynem abstygen nit geringert. Dise fabel söllent die merken, die den größern weder nucz noch schad syn mügent und doch groß von in selber haltent.

### 77. Fabula xvii de formica et cicada. <sup>1</sup>

Hyemis tempore formica frumentum trahens ex caverna siccabat quod estate colligens coagulaverat. Cicada autem esuriens rogabat eam, ut daret aliquid illi de cibo, ut viveret. Cui formica: quid fecisti, inquit, in estate? At illa: Non mihi vacavit, per sepes oberravi cantando. Ridens formica ac frumentum includens dixit: Si estate cantasti, hyeme salta. Hec fabula pigrum docet, ut tempore certo laboret, ne, dum minus habuerit et petierit, non accipiat.

### [144<sup>b</sup>] Die xvii fabel von der amais und dem grillen.

Ze winter zyt zoch ain amais ir koren, das sie den summer hett yngetragen und zesamen behalten, uß dem hol an den luft ze trüknen. Do kam ain hungrier grill zuo ir und bat sie umb die spys, daz sie lebend belyben möchte. Do sprach die amais zuo im: Was hast du den summer getaun? Antwürt der grill: Ich bin nit müssig gegangen. Ich bin hin und her durch die zyn gesprungen und hab gesungen. Do lachtet die amais, beschloß ir korn und sprach: Hast du dann den

\*

1 IV, 17. Ameise und grille, Romulus 4, 19.



summer gesungen, so spring den winter. Dise fabel leret die trügen, die nit gern arbeiten, daz sie zuo rechten zyten arbeiten söllent, ob sie villycht ettwan gebruch haben wurdent, daz nieman wäre, der inen ze hilff käme.

### 78. Fabula xviii de gladio et viatore. <sup>1</sup>

Homo malus multos perdit et solus perit. Pro hoc audi fabulam. Gladium viator invenit in via, dum ambulat, iacentem, quem interrogavit: Quis te perdidit? Cui tale contra responsum dedit: Me quidem unus, ego vero multos. Hec fabula narrat malum posse perire, sed ante multis nocet.

#### [145<sup>a</sup>] Die xviii fabel von dem schwert und dem pilgrin.

Ein böser mensch, ob er wol verderbt würt, so verderbt er doch vor vil menschen. Da von hör dise fabel. Ain pilgrin gieng über land und fand ain schwert an dem weg ligen. Er fraget es: Wer hat dich verloren? Do antwürt im daz schwert: Mich hat ain ainiger verloren, aber ich hab mange verloren, als ob es spreche, manig mensch ist mit mir getött worden; bin ich dann verlorn, so hab ichs verschult, und wyset, daz die bösen mügent getött und verderbt werden, aber sie verderbent vor vil ander.

### 79. Fabula xix de cornice et ove. <sup>2</sup>

De iniuriis innocentum Esopus talem narrat fabulam. Otiosa quedam cornix super ovem consedit. Hec cum diu fecisset, sic ad illam ovis dixisse fertur: Cui temptationem hanc si faciebas, non ferebas latratus eius nec iracundiam oris illius, at cornix talia ovi ait: Collibus equidem fortibus sedeo, et scio, quem lacessere debeo, quia sum antiqua annis, improba innocentibus, amica autem asperis, sic me creatam dii voluerunt. Hec fabula in illos dicta est, qui infimis et ipsorum innocentie iniuriantur.

\*

<sup>1</sup> IV, 18. Schwert am wege, Romulus 4, 20.    <sup>2</sup> IV, 19. Krähe auf schaf, Romulus 4, 21.

[145<sup>b</sup>] Die **xix** fabel von der kraen und dem schauff.

Von dem unrecht und dem übel, das an den unschuldigen beschicht, schrybt Esopus ain sölliche fabel. Ain gailende kra seczet sich uff ain schauff und raiczet es. Do sie das lang gethon hett, sprach das schauff zuo ir: Hetest du ainen hund also geraiczet, als du mir tuost, du möchtest weder syn kellen erlitten haben, noch den zorn synes mules. Do sprach die kra zuo dem schauff: Ich sicz uff dem höchsten felsen und den herten gipfeln der berg, und waiß doch wol, wien ich raiczen und leczen sol, wann ich bin alt von iaren und bin den unschuldigen hert und fraissam und den fraidigen früntlich. Also habent mich die gött beschaffen. Dise fabel würt denen gesaget, die den armen hert sint und die unschuldigen kestigent, die sich nit vermügent ze weren.

80. **Fabula xx de abiete et harundine.** <sup>1</sup>

Qui superbo et duro corde sunt, et nolunt se subdere domino suo, solet eis evenire sicut arbori abietis, que vento veniente noluit se flectere, stetit autem iuxta eam arundo, que vento veniente flectebat se in quacunque parte ventus eam movebat. Et dixit ad eam abies: Quare non stas firmiter, sicut et ego? respondit arundo: Non est virtus mea, ut tua, et dixit ad eam abies: Et ideo scire potes quia fortior sum tibi. Venit autem ventus validus et abietem proiecit in terram, arundinem vero dimisit. Sic sepe elati proiciuntur, dum humiles maneat erecti.

[146<sup>a</sup>] Die **xx** fabel von der tannen und dem ror.

Welche ains hochfertigen gemütes sint und wellent sich gegen ieren öbern nit naigen und demütigen, denen beschicht als der tannen, die sich nit naigen wolt, do der groß wind kam. By deren stuond ain ror, das bog sich, so oft der wind weyet, wa her er kam. Do sprach die tann zuo dem ror: Warumb stast du nit stät als ich thuon? Antwürt das ror: Darumb daz ich nit so kreftig bin, als du bist. Da sprach die tann: Also bekenst du, daz ich sterker bin, wann du. Bald

\*

<sup>1</sup> IV, 20. Tanne und rohr, Avian 19; Kirhhof 7, 58; 59; Pauli 174.

darnach kam ain starker ungestümer wind und riß die tannen uß der erden und warff sie nider, und ließ das ror belyben stan. Also beschicht oft den übermütigen, daz sie nider werdent geworffen, und die demütigen uffrecht belybent.

Finis quarti libri Esopi viri ingeniosi, nec plures eius libri inveniuntur. Multe tamen eius fabule reperte sunt, quarum plurime sequuntur, ut in processu videbitur.

[146<sup>b</sup>] EXTRAVAGANTES ESOPI ANTIQUE SEQUUNTUR.81. *Fabula prima de mulo, vulpe et lupo.*<sup>1</sup>

Multi sunt, qui multa iactanter interrogant, unde responsa ignorant et desiderant videri magistri, cum non fuerint discipuli. Unde audi fabulam. Mulus pascebat in prato iuxta silvam, veniensque vulpis interrogavit eum: Quis es tu? et mulus ait: Bestia sum, et vulpis: Non, inquit, hoc dico; sed quis fuit pater tuus. At mulus: Equus, inquit, fuit avus meus, et vulpis: Sed nec hoc ego quidem (inquit) interroga; dic tamen mihi, quo vocaris nomine? tunc mulus: Ignoro, inquit, nomen meum; quia eram parvulus pullus, quando pater meus fuit mortuus, ne autem oblivioni traderetur nomen meum, pater meus fecit scribi in pede meo extremo et sinistro. Si ergo vis scire nomen meum, vade et lege in pedem meum; [147<sup>a</sup>] vulpis autem intelligens dolum, ivit in silvam ad lupum, quem habebat inimicum. Inveniensque eum iacentem sub umbra, fame laborantem, increpavit eum ita: O folle, o stulte, o insensate, cur fame laboras? Surge potius et vade in pratam hic prope et ibi invenies bestiam magnam crassamque ac superbam, quam interficiens satia te ex ea. Tunc lupus pergens ad mulum in prato ait: Quis es tu? at mulus: Bestia sum, at lupus: Non hoc dico, inquit, sed quis pater extitit tuus? Et mulus: Equus, ait, extitit meus avus. Tunc lupus: Nec interrogo ego hoc, inquit. Tamen dic mihi, quomodo vocaris? At mulus: Nomen meum, inquit, ignoro quia eram pullus modicus quando pater meus mortuus fuit, ne autem traderetur oblivioni nomen meum, pater meus fecit scribere nomen meum in pedem meum extremo et sinistro. Si ergo vis meum vocabulum, vade et lege in pedem meum. Tunc lupus insipiens effectus, non intelligens dolum ivit ad pedem muli et cepit studiose mundare illum, estimans illum esse inscriptum et legere voluit. At

\*

1 Extrav. 1. Hinterfuß (lesen) Kirchhof 4, 138.

mulus percutiens eum in mediam frontem oculos ac cerebrum ei excussit in terram. Tunc vulpecula stans retro genestum absconsa cum derisione ac risu palmasque suas percutiens ait: O stulte, o insensate, o folle, o insipientes, tu litteras nesciebas et legere volebas, per meam dextram per rectum iudicium es ita percussus. Taliter homines insipientes, dum docti videri appetunt, frequenter labuntur in malis.

### Die erst fabel von dem mul, fuchs und wolff.

Vil sint der übermütigen menschen, die güdent und sich hoch seczent und in stolzen sinn erfahren wöllen, das inen ze wißen nit not ist, und wellen maister gesenhen werden ee sie schuoler sint. [147<sup>b</sup>] Darum inen oft würt antwürt gegeben, die ierer frag nit gnuog tuont. Als dise fabel <sup>1</sup> ußwyset. Ain mul gieng umb syne waid uf ainem wismad, nachtet by ainem wald. Do kam ain fuchs zuo im und fraget es hochmütiglich: Wer bist du? Antwürt daz mul: Ich bin ain unvernünftigs tier. Da sprach der fuchs: Ich frag dich des nit, sag mir, wer waz dyn vater? Antwürt das mul: Ain pferd ist myn anher gewesen. Da sprach der fuchs: Ich frag dich des ouch nit. Sag mir, wie haist du mit dem namen? Das mul sprach: Ich waiß mynen namen nit, wann ich bin ain klaines fülhin gewesen, da myn vatter gestorben ist. Aber darumb daz mynes namen nicht vergeßen würde, so ließe myn vatter mynen namen schryben in minen hintern linken fuoß, da macht du in lesen, ob du gern wißen wilt, waz myn nam ist. Aber der fuchs merket den list des mules und wolt es nit versuochen, sonder gieng er in den wald zuo ainem wolff, dem er in sunderhait haimlich fynd was, und fand in ligen under ainem boum fast hungrigen, und straffet in also: O du narr, o du tour, o du unsinniger, warumb ligst du also bie so hungriker? stand uff und gang uf das wismad nahet bie by uns, da findest du ain große faiste übermütige bestien, die würg und füll dich, daz du gnuog habest. Der wolff kam uff die wisen zuo dem mul und sprach: Wer bist du? Antwürt das mul: Ich bin ain unvernünftigs tier. Da sprach der wolf: Des frag ich dich nit; sag mir, wer ist dyn vatter gewesen? Antwürt daz mul: Ain pferd ist myn anher gewesen. Do sprach der wolff: Ich frag dich des ouch nit, sonder sag mir, wie haist du mit namen? Antwürt daz mul: Ich waiß

<sup>1</sup> fabel] fa.

es nit, wann ich bin ain jungs fulhin gewesen, da myn vatter gestorben ist; doch daz myn nam [148<sup>a</sup>] nit vergeßen würde, so ließ er mir den namen schryben in mynen hindern lincken fuoß, da macht du in lesen, ob du gern wißen wilt, waz myn nam ist. Der unsinnig wolff merket den list nit des mules und gieng zuo synem hindern fuoß und fieng in an mit fleiß ze sübern und snochet wa der nam geschriben wäre. Do schluog das mul den wolff mitteln an die stirnen, daz im die augen und das hirn uff die erden fiel. Der fuchs stuond verborgen hinder ainem pfrimen stok und lachtet und spottet und schluog syne hend vor fröden zesamen und sprach: O du narr, o du unsinniger, o du unwyser, by myner trüw, ain rechte urtail ist über dich gegangen, daz du geschlagen bist, wann du woltest lesen, und hast die buochstaben nie gelernet. Also werdent gewonlich die torhaiten menschen gestrauffet, die gelerter wöllent gesehen werden, wann sie sint.

## 82. Fabula ii de verre, agnis et lupo. <sup>1</sup>

Multi sunt homines, qui non contenti privatis honoribus cupiunt imperare maioribus et comparibus. Unde audi fabulam. Verris parvus morabatur inter magnum gregem porcorum, qui inflatus superbia cur non esset princeps indignans vertebat se in gyro cum strepitu et vocis grinnitu fulminando et dentes limando estimans alios terrere. Cunque nullus paveret, iratus ait: Quid mihi hic prodest stare! Hic mihi precipienti nullus obedit, me irascentem nullus fugit, minantem nemo pavescit. Iam ergo hic non stabo amplius. Et surgens cepit abire, dum autem iret venit inter gregem agnorum, stansque in medio in gyro se vertebat cum strepitu et vocis grinnitu fulminando scilicet ac spu-mando et liniando dentes. Tunc agniculi videntes hoc timore perterriti [148<sup>b</sup>] fugierunt omnes hac atque illac. Ac verris stans cum timore dixit: Hic decet me stare, quia <sup>2</sup> hic est congruus honor, dignus timor, hic me irascentem omnes fugiunt, minantem cuncti pavescunt, hic amor et veneror ab omnibus. Cunque talia per dies plurimos ageret, die quadam lupus patiens famem venit ad agniculos volens comedere ex eis. Illi autem videntes eum a longe fugierunt omnes per rupes. Verris autem estimans se defendi ab agniculis, non est dignatus fugere. Lupus autem capiens eum portabat eum in silvam ut comederet illum. Et

\*

<sup>1</sup> Extrav. 2. Eber, schafe und wolf, Camerar. 200.    <sup>2</sup> quia] que.

dum iret casu devenit inter gregem porcorum unde verris exierat. At verris cognoscens eos, exclamavit voce magna. At illi agnoscentes eum insurrexerunt unanimiter in lupum et percussum ac vulneratum usque ad necem fratrem suum eruerunt. Tunc stans verris in medio plenus dolore ac verecundia dixit: Dicitur in proverbii: in adversis et prosperis semper cum tuis te tenere debes. Ego enim a meis nisi recessissem, hec mala non sustinuissem. Taliter multi homines, dum ultra suum modum imperare superbe cupiunt, frequenter in malum incidunt.

[149<sup>a</sup>] Die ii fabel von dem eber, lemern und wolff.

Gar vil sint der menschen, die an zimlichen eeren nit benüdig<sup>1</sup> synt, sonder synt sie begirig, den öbern und ieren gelychen ze gebieten. Da von hör dise fabel. Ain junger eber wonet under ainer großer herd der schwyn, der bleet sich in hoffart, darumb das er nit ain fürst wäre und ain her über andere schwyn, und ward unwürschen grynem, umb sich howen und die zen weezen, damit er mainet die andern schwyn forchtsam machen und erschroken. Do in aber kaine fürchten wolt, sprach er zorniglich: Mir ist nit nützlich, daz ich hie belybe; nieman will mynem gebott gehörig syn, nieman flücht mynen zorn, nieman besorget myne trow, darum wil ich fürbas nit lenger hie wonen. Er huob sich uff und gieng hin weg. Do kam er under die herd der lemer, und stalt sich enmitteln under sich, warf sie ungestümlich umb mit umsieh howen, schomen und die zen ze weezen. Do das die lemer ersahen, erschrakent sie in furcht und flohent alle hin und her. Der eber stuond übermütiglich und sprach: Hie zimt mir wol ze belyben, wann da ist zimliche eer, billiche forcht; mynen zorn fliehent sie all, myn trow fürchtet menglich, hie würd ich lieb gehabt und gewirdiget von iederman. Do er dise ding vil tag getriben hett, uff ain zyt kam ain hungriker wolff die lemer ze freßen, die sahent in ferre da her komenn und flohent alle hinder die schrofen der berg. Der eber mainet, die lemer soltent im geholffen haben und wolt nicht fliehen und belib stand. Den nam der wolff und truog in gegen den wald, daz er in fräße, [149<sup>b</sup>] und die wyl er in truog, kam er ungefarlich under die schway der süw, von denen er vor in übermuot ge-

\*

1 benüdig] benüig.

loffen was. Als aber der eber die erkennt, rüffet er sie an mit luter stimm. Zehand so bald sie in erkanten, huobent sie sich uff all mit gemainem raut wider den wolff, und erlostent ieren hart geschlagen und uff den tod verwonten bruoder von dem hungrigen wolff. Do stuond der eber schamrot mitten under in, voller schmerczen, und sprach: Es ist ain gemain sprichwort: In gelüklichem und widerwärtigem leben solt du dich allweg mit und by den dynen halten; wann hett ich mich nit von den mynen gezogen, so wäre mir das übel nit begegnet. Also beschicht vil der menschen, die sich über ieren staut hochmütiglich erhebet, daz sie in übels fallent und geschediget werdent.

### 83. Fabula iii de vulpe et gallo. <sup>1</sup>

Sunt homines multi, qui non previdentes sua dicta frequenter talia dicunt, unde postea ducuntur in penitentiam et damna accipiunt. Unde audi fabulam. Vulpis aliquando sustinens famem ivit ad villam quandam, et veniens ante gallum dicebat ei: O domine meus galle, quam pulcrum vocem habebat dominus meus pater tuus. Nam ego cupiens audire vocem tuam veni huc, unde rogo te, ut canas alta voce, ut audiam, utrum tu an pater tuus pulcriorem habeas vocem. Tunc gallus cum clamore clausis oculis cepit canere. At vulpis insiliens in eum, cepit eum et portavit in silvam. Tunc homines ville illius insequentes eum dicebant: Quia vulpis portat gallum nostrum. Audiens autem gallus dixit vulpi: Audis domina, quid dicunt villani turpes? dic ergo illis, quia meum gallum, non vestrum porto. Tunc vulpes dimittens gallum ex ore dicebat: Quia meum, non vestrum porto, gallus autem evolans in arborem [150\*] dicebat: Mentiris domina mea, mentiris, ipsis sum non tuus! Vulpis autem percutiens buccam suam cum palma sua dicebat: O bucca, quanta dicis, quanta loqueris. Certe, si modo locuta non fuisses, predam tuam non ammisisses. Sic et multi homines cum multa loquuntur damnum non effugiunt.

### Die iii fabel von dem fuchs und dem han.

Vil synt der menschen, die iere reden nit fürtrachtent, und redent gewonlichen daz sie hin nach gerüwet, wann sie schaden darvon

\*

<sup>1</sup> Extrav. 3. Fuchs und hahn, Romulus app. 45.



enpfahent. Daryon höre dise fabel. Ain hungrierer fuchs gieng ains mals zuo ainem dorff und fand ainen han, zuo dem sprach er also: O myn herr han, wie ain schöne stimm hat myn herr din vater gehabt; ich bin darumb her zuo dir komen, das ich dine stimm hören möchte. Darumb bit ich dich, das du mir singest mit luter stimm, daz ich hören müge, ob du ain schönere stimm habest, oder dyn vater. Da erschwang der han syn gefider, und mit beschloßen ougen fieng [150<sup>b</sup>] er an uf daz lutest ze kreyen. In dem sprang der fuchs uff und fieng in und truog in in den wald. Da das die puren gewar wurden, lieffen sie hin nach und schrien: Der fuchs tregt unsern han. Da das der han erhört, sprach er zuo dem fuchs: Hörst du, herr fuchs, waz die groben puren sagent? sprich du zuo inen: Ich trag mynen han, nit den etwern. Da ließ der fuchs den han auß dem mul und sprach: Ich trag mynen han, nit den etwern! In dem flog der han uff ainen boum und sprach: Du lügst, myn herr fuchs, du lügst! ich bin der puren, nit dyn. Da schluog sich selber der fuchs mit synen henden umb das mul und sprach: O du böses mul, wie vil schweczest du, wie vil redest du unnützc, hetest du iecz nit geredt, so hettest du dynen roub nit verloren. Also beschicht vil menschen, die durch iere geschwecz schand und schaden enpfahent.

#### 84. Fabula iv de dracone <sup>1</sup> et villano. <sup>2</sup>

Frequenter reddunt homines mala pro bonis, et iuvantibus se nocent, unde audi fabulam. Draco morabatur in flumine, et cum crevisset flumen secutus est aquam per descensum, quousque fluvius minuens dimitteret illum in arena sicca. Ibiq̄ue iacebat non valens pergere sine aqua, dum autem transiret quidem homo agricola dixit ad eum: O draco quod iaces? Et draco ait: Fluvium crescentem sum secutus per descensum, qui minuens dimisit me hic in arido loco, et nequeo ire absque aqua, sed si me ligaveris et super tuum asinum imposueris, ac me ad domum meam reduxeris, aurum et argentum ac omnia bona a me accipies. Tunc villanus cupiditate ductus ligavit draconem et posuit eum super asinum suum et revocavit ad suum cubile. Et cum de[151<sup>a</sup>]posuisset eum de asino et solvisset de vinculis, querebat quod promiserat, id est aurum et argentum. Tunc draco: Ligasti, inquit, me et ideo exigis a me aurum et argentum. Et villanus ait:

\*

1 dracone] dracano.      2 Extrav. 4. Schlange lösch, Kirchhof 5, 121.

Rogasti tu me. Draco: Comedam te ergo, quia famem habeo. Et villanus respondit: Vis tu ergo mala pro bonis reddere? Vulpis autem cum esset secus locum et audivit illos litigantes, ait ad illos: Quid litigatis adinvicem. Tunc prior draco: Iste, inquit, villanus ligavit me fortiter ac posuit super asinum et duxit usque huc. Et post homo dixit: Audi, domina mea vulpis, fluvium crescentem sequens hic draco remansit in sicco. Cunque transirem rogavit me, ut ligarem et imponerem super asinum et ducerem eum usque ad domum suam, promittens aurum et argentum et cuncta bona, et modo vult me manducare. Et vulpes ait: Stulte egisti, quia ligasti eum. Modo ergo ostende mihi, quomodo ligasti eum, et postea vos iudicabo. Tunc villanus cepit ligare draconem, vulpis autem dicebat draconi: Ligavit te ita fortiter villanus? At ille: Non solum tantum, sed etiam centies tantum. Et vulpis villano: Stringe eum. Tunc villanus ait: Cum essem fortissimus, cepit eum stringere secundum omnes vires suas. Tunc vulpis draconi: Ita te ne ligavit? Et draco ait: Ita, domina mea. Et vulpis villicano ait: Noda ergo vincula ipsa fortiter, quia qui fortiter ligat, fortiter disligat. Et vade et impone eum super asinum et revoca eum ibi, unde assumpsisti. Et ibi dimitte eum ligatum, ita ut est. Et postea te non manducabit. Et ita egit villanus, ut iudicavit vulpis. Taliter homines, cum pro bonis mala retribuunt, frequenter retributionem recipiant iuste.

[151<sup>b</sup>] Die iv fabel von dem draken und dem puwr.

Es ist gewonhait in der welt, daz die menschen übels umb guots geben und schedigent die, von denen sie guots empfangen haben. Dar von hör dise fabel. Ain drak wonet in ainem großen fließenden waßer, und uff ain zyt, als das selb waßer über ser wuochs, füret es den draken mit im, so lang uncz das waßer ab ward niemen, und do es ser hett abgenommen und verlossen was, belib der drak ligend uff ainem truknen gries und kund nit fürbas komen. Die wyl er aber also lag, da gieng ain pur für in mit ainem esel und sprach zuo im: O drak, wie ligst du hie? Antwürt er: Das waßer ist gewachsen, so hab ich im nach gevolget, und da es verlossen ist, hat es mich uff der tränkny gelaßen, daz ich nit mer in das waßer komen mage; wilt du mich aber binden und uff dynen esel legen und wider in myn hus führen, so würdest du von mir gold, silber und alle guothait enpfahen. Der puwr [152<sup>a</sup>] ward in gytikait bewegt und band den draken und legt

in uff synen esel und bracht in wider zuo syner wonung. Und da er in ab dem esel hett gelediget und alle band von im geton, da begeret er, daz er im gebe synen lon von golt und silber und anderm, daz er im versprochen hett. Da sprach der drak: Begerest du lones von mir, darumb das du mich gebunden hast? Do sprach der puwr: Du hast mich des gebetten. Der drak sprach hin wider: Ich will dich ze lon darumb eßen, wann ich hab großen hunger. Antwürt der puwr: So wöltest du mir üfels umb guots geben. Von geschicht was ain fuchs dar by, und als der iere baiden zwitracht hõret, sprach er zuo inen: Brüder, war umb kriegten ir mit ainander? Zehand antwürt der drak: Der puwr hat mich hart gebunden und uff ainen esel geleget und uncz ber gefürt. Uff das antwürt der man: Höre mich, lieber herr fuchs. Der drak ist in ainem wachsenden waßer verfloßen und ist uff dem truknen grieff beliben, und als ich für fuor, bat er mich, in zē binden und uff den esel ze legen und wider in syn bus ze füren, darumb versprach er mir gold und silber und alles guot; nun will er mich freßen. Do sprach der fuchs: Du hast törlich geton, das du in gebunden hast, darumb zög mir, wie du in gebunden habest, so will ich fürbas urtailen zwischen tich. Der puwr fieng an den draken ze binden, da fraget der fuchs den draken und sprach: Hat dich der puwr so hart gebunden? Antwürt der drak: Nitt allain so hert, wol hundert mal herter. Da sprach der fuchs zuo dem puwren: Bind in herter. Der puwr was fast stark, und band in hart nach allen synen krefftē. Da sprach der fuchs zuo dem draken: Hat [152<sup>b</sup>] er aber dich so hert gebunden? Antwürt der drak: Ja, myn herr fuchs, er hat mich wol so hart gebunden. Do sprach der fuchs zuo dem puwr: So verknipffe die band gar wol, wann welher stark bindt, der muoß des sterker wider uffbinden, und leg in uff den esel und für in wider an die end, da du in genommen hast und laß in also gebunden ligen, wie er ist, so mag er dich nit freßen. Der puwr volbracht die ding, wie der fuchs het geurtailt. Also beschicht dem menschen, die denen übel lonent, die inen guots geton haben, wann gemainlich niement sie uß billicher urtail widergelt nach ierem verdienen.

### 85. Fabula v de vulpe et catto. <sup>1</sup>

Sunt plures homines qui iactant se esse sapientes, ingeniosos, astutos, exprobrantque ceteros cum irrisione. Unde audi fabulam.

\*

<sup>1</sup> Extr. 5. Fuchs und katze, Romulus app. 20.

Vulpis obviavit catto in via, ad quam prior vulpis: Salveris, frater mi, salveris. Et cattu ad hec: Sit salus tecum. Tunc vulpis: Quas, inquit, artes scis? et cattu: Non, inquit, scio aliquid nisi modicam scientiam saltandi habeo tantummodo. Vulpis dixit: Per meum caput, non est necessaria tibi vita, quia insipiens es ut audio in cuncta. Cattu respondit: Ita est, domina mea, ut dicis. Sed rogo te, domina mea ac soror carissima, ut digneris mihi dicere quantas scias artes. Vulpis respondit catto: Ego centum, inquit, scio artes, non mediocriter, sed perfecte, quarum unaqueque valet me pascere, vel de pluribus malis eruere. At cattu dixit: Tibi, inquit, congruit prolixior vita ac salus perpetua, quia ita es sapiens. Dum hec ita sermo cinaerentur, dixit cattu vulpi: Video, soror vulpis, equitem venientem, quem secuntur duo canes capacissimi, et nostri valde inimici, et vulpis: Nescis, [153<sup>a</sup>] inquit, quid dicis; es nanque insipiens ac timidus, et ideo ista dicis. Et si verum proferres cura nulla. Cum autem appropinquasset miles, canes videntes vulpem et cattum ceperunt velociter venire contra eos. Vulpis ut vidit canes venientes ait ad cattum: Fugiamus, inquit. At cattu: Non erit necessitas. Et vulpis: Erit certe, ut video. At cattu: Potest esse quia erit. Sed ammodo unusquisque pro se laboret. Tunc utrique fugam petunt. Cattu autem inveniens arborem magnam, saltum subiit in eam et liberatus est. Canes autem instanter sequebantur vulpem. Vulpis autem perniciter fugiebat, cattu autem de altitudine arboris clamabat voce magna: Eh soror vulpis, de centum artibus modo exhibe unam, quia longe a silva abes. Canes autem capientes vulpem interfecerunt. Monet autem hec fabula sapientes ac studiosos vel ingeniosos et vitiosos, ne exprobrent insipientes ac minus studiosos vel ingeniosos sive minus vitiosos.

[153<sup>b</sup>] Die v fabel von dem fuchs und der kaczen.

Vil sint der menschen, die von großer wysheit gñdent von ieren hohen sinnen, von ierer kluoghait, und leczent ander lüt mit spottworten. Dar von hör ain fabel. Ain fuchs begegnet ainer kaczen uff dem weg und fieng an mit ir ze reden und sprach: Ich grüß dich, schwester, ich grüß dich! Antwürt die kacz: Hail sye mit dir! Der fuchs sprach: Waz künsten kanst du? Antwürt die kacz: Ich kan nit künsten, wann allain hab ich ain wenig künst ze springen. Do sprach der fuchs: By mynem haupt, so ist dyn leben nit langwirig. Wann

als ich höre so bist du unwys zuo allen dingen. Antwürt die kaczk: Ja, herr fuchs, dem' ist also, wie du sagst. Aber myn liebster herr und bruoder, ich bitte dich, bis so götlig und sag mir, wie viel kanst du künsten? Antwürt der fuchs und sprach: Ich kan hundert künsten nitt mittelmäßlich, sonder vast wol, und iren igliche mag mich er-neren oder uß sorg und angst erledigen. Do sprach die kaczk: So ge-bürt dir billich lengers leben und öwiges hail, so du so wys bist. Die wyl sie aber also mit ainander redent, so spricht die kaczk zuo dem fuchs: Bruoder, ich sich ainen ryttenden dort her kommen, mit dem louffend zwen fraidig hund, die allzyt unser große fynd sind. Do sprach der fuchs: Du waist nit, was du sagst; wann du bist torocht und forchtsam, darumb sprichst du daz, und ob es wol war wäre, so stat uns doch kain sorg dar uff. Da aber der rüter nachet und die hund den fuchs und die kaczen ersenhen wurden, fiengen sie an schnelliglich wider sie ze louffen. Do aber der fuchs die hund komen sach, sprach er zuo der kaczen: Wir sollen fliechen. Antwürt die kaczk: Es tuot nit not. [154<sup>a</sup>] Der fuchs sprach: Für war, es würt not sin, als ich sich. Die kaczk sprach: Es mag syn, daz es not werde. Darumb luog fürbas ieder zuo im selber. Do namen sie baid die flucht an sich. Aber die kaczk fand ainen großen boum, uff den sprang sie und ward erlöset uß allen sorgen. Aber die hund yltent den fuchs schnelliglich on underlaß, der fuchs floch so bald er mocht. Do schri die kaczk uff der höhi des bomes so lut sie mocht: Eh bruoder fuchs, suoch herfür aine von den hundert künsten, die du kanst, wann der wald ist dir zeferr! Aber die hund fiengend den fuchs und tötteten in. Dise fabel warnet die wysen und die flyßigen sinnrychen, ouch die listigen und bösfätigen, daz sie die einfältigen und minderkünende nit leczent und schmähen sollent.

### 86. Fabula vi de lupo et hircu. <sup>1</sup>

Frequenter contra fortes et potentes surgunt infirmi et pauperes. Unde audi fabulam. Lupus insequabatur hircum caprarum, ut eum caperet, at ille subiit in rupem altam et ibi tutatus est. At lopus obsedit eum a radice. Post biduum autem sive triduum cum lopus sustineret famem, et hircus sitim discesserunt utrique, lopus prior ut

\*

<sup>1</sup> Extr. 6. Wolf und bock, Avian, 26; Kirchoff 7, 118.

cibum caperet, hircus vero postea ut aquam potaret. Cum autem usque ad satietatem potasset, aspiciens umbram suam in aqua dixit: Quam acceptas tibias, et quam pulcram barbam, et quam magna cornua habeo, et lupus me fugat. Ammodo ergo resistam ei, et nullam ei dabo potentiam ex me. Lupus autem silenter retro eum auscultabat omnia verba hec. Infigens autem fortiter dentes in hirci coxam dixit: Quid hoc est, quod loqueris, frater hircus? Hircus autem ut sensit se captum, ait: O domine meus [154<sup>b</sup>] lupe, misericordiam, agnosco culpam. Quia hircus postquam potat, quod non debet, parabolat. Ast lupus non pepercit, sed vorat illum. Monet autem hec fabula infirmos ac pauperes, ne insurgant ultra vires contra fortes ac potentes.

### Die vi fabel von dem wolff und dem bok.

Gewonlich beschicht, daz die armen und nidern wider die starken und mechtigen murmlen und gedenken inen widerstand ze tuond, als dise fabel bewyset. Ain wolff ylet ainen gaisbok, das er in fienge. Aber der bok entran uff ainen hohen felsen, daruff er sicher was. Der wolf erwartet in unden an dem felsen zwen oder dry tag, da triebe der hunger den wolff von dem berg, und der turst den bok ab dem felsen. Also kamen die baid von dannen, der wolff von erst umb die spys, dar nach der bok umb das trank. Do er aber guuog getrunken hett, do sach er synen schatten in dem waßer und sprach <sup>1</sup>: [155<sup>a</sup>] O wie hast du so enpfengliche schinbain. O wie ain schönen bart. O wie große horn, und sol mich ain wolff in flucht bringen? ich will mich wider in ze weer stellen und nit me fliehen; ich will im kainen gewalt über mich geben. Der wolff was aber haimlich hinder in geschlichen und höret dise wort alle und begriff den bok by ainem hindern tiech und huob in krefftiglich mit synen zenen und sprach: Bruoder bok waz sint dise rede, die du sagst? Do aber der bok enpfand, daz er gefangen was, do sprach er: O myn herr wolff, ich begere barmherczikait, ich bekenne myn schuld, wann so ich getrunken hab, do ich nit solt, so hab ich gegailt und unnützlich gegüdet. Aber der wolff über sach im nit, sonder fraß er in. Dise fabel warnet die nidern und die armen, daz sie sich nit über ir aigne

\*

1 sprach] sprach.

macht uff erheben wider die starken und die mächtigen, wann ob sie fallen wurden, sie funden wenig guad von den starken.

### 87. Fabula vii de lupo et asino. <sup>1</sup>

Consilium eius non debet facile quis credere, cui mala vult inferre. De hoc audi fabulam. Lupus obviavit asino, qui ait: O frater asine, famem habeo. Et ideo, inquit, comedam te. Cui asinus: Ut placuerit, ita facies. Nam tuum est imperare, et mihi est voluntati tue obtemperare. Si enim me comederis ex magno labore me liberabis. Ego enim ex torculari vinum, ex area annonam, ex silva lignum, ex montibus lapides ad domos construendos defferō, et ad molendinum annonam fero et iterum refero et ut breviter concludam, omnis labor et omne onus super me est. [155<sup>b</sup>] Ideoque ve diei, in qua natus sum, sed oro, ut de hac una re exaudias me. Nolo ut in via comedas me, quia timeo verecundiam, si enim hic comederis me videntibus vicinis ac dominis meis, dicent: Quomodo asellus noster laxavit se vorari a lupo? Rogo itaque, ut audias meum consilium. Eamus in silvam et faciamus ex viridibus lignis robustas retortas! Et tu liga me per pectus quasi servuum tuum, et ego ligabo te per collum quasi dominum ducentem servum, et ita perduc me ad inferiora silve et ibi comede me pacifice et suaviter. Ad hec lupo non agnoscens dolum ait: Ut dicis ita faciamus, sic abierunt et fortissimas retortas fecerunt, lupo torquebat et asinus apponebat, lupo ligavit asinum per pectus et asinus lupo fortiter per collum. Tunc asinus ait: Eamus inquit, ubi vis. Et lupo ait: Ostende, inquit, tu viam. Ad hec asinus: Libenter faciam. Tunc cepit ire asinus ad domum domini sui, at lupo ut vidit vicum dixit: Non, inquit, per viam pergimus rectam, asinus respondit: Noli hoc, domine, dicere; nam si placet tibi recta est via. Lupo ut agnovit fraudem, cepit retrogradare, at asinus violenter trahere usque ad fores domini sui. Exiens autem dominus ac tota familia percusserunt fere lupo usque ad mortem, unus autem volens percutere lupo in cerebro cum securi, incidit vinculum, et ita solutus lupo fugam petiit in montem <sup>2</sup>. Asinus autem introivit in atrium domini sui. Tunc turbatus asinus pre timore, quem habuerat et pre gaudio, quod habebat,

\*

<sup>1</sup> Extr. 7. Wolf und esel, Grimm, Reinhart Fuchs s. 424; Camerar. 208.  
<sup>2</sup> montem] montam.

cepit magnas voces emittere. Lupus autem stans in monte, econtra dicebat: Certe non tantum follias ut amplius me colligas. [156<sup>a</sup>] Docet hec fabula, nec facile credamus, cui mala ingerere desideramus, ac semel decepti, fortiter nos postea provideamus.

### Die vii fabel von dem wolff und dem esel.

Welcher ainen andern schedigen wil, der sol des raut nicht volgen, den er begeret ze schedigen. Des hör ain fabel. Ain wolff begnet ainem esel und sprach zuo im: O bruoder esel, ich lyde großen hunger, darumb will ich dich eßen. Do sprach der esel: Was dir gefällig sye das tuo, wann du hast mir ze gebieten, so sol ich dir gehorsam syn, wann ob du mich ißest, so würd ich von großer arbeit erlediget. Wann ich trag den win uß den keltern, das korn ab dem tennen, das holcz uß dem wald, die stain uß den bergen, die huser ze buwen bring ich alle, das korn trag ich in die mül und das mel wider haim, und daz ich in kürcz beschließe, alle bürdi, alle arbeit lyt uff mir. Darumb verflüche ich den tag myner geburt. [156<sup>b</sup>] Aber ich bit dich, du wellest mich diser gebett erhören, daz du mich nit uff der straß eßest, wann es wäre mir schantlich, und wa daz die nachpuren oder myne herren ersenhen, so sprechen sie: Oh wie schantlich hat sich unser esel den wolff laßen freßen on widerstand. Darumb bit ich dich, daz du mynen raut hören wellest. Wir sollen in den wald gan und uß grünen gerten starke widen klenken, da mit bindst du mich umb myne brust als dynen knecht, so bind ich dich umb dynen hals, als mynen herren, der synen knecht gefangen füret, und fürest mich dann also uncz unden in den wald, da ißest du mich dann mit guoter ruow und lustlich. Dem wolff was der list unbekant und sprach: Mir gefelt dyn fürniemen, so gee wir. Sie giengent hin mit ainander und klenkent fast starke widen. Der wolff klenkt, der esel legt an. Der wolff band den esel hart umb die brust, der esel den wolff umb den hals. Do sprach der esel: Nun laß uns gan, wann du wilt. Der wolff sprach: So zaig du den weg. Das tuo ich gern, sprach der esel. Do fieng der esel an ze gan gegen synes herren hus. Do der wolff den selben weg erkennet, do sprach er: Mir gänd nit den rechten weg. Der esel antwürt: Herr, das selb solt du nit sprechen, wann ob es dir gefallet, so gang wir recht. Do aber der wolf den list ward erkennen, do strekt er hinder sich, und der esel



zoch in mit gewalt uncz für synes herren tär. Do lüff der herr heruß mit allem busgesind und schluogen den wolff hart uncz uff den tod. Do kam ain knecht mit ainer akst, der wolt im das hirn uff howen und zerhüw die wid, mit deren der wolf gebunden waz, [157<sup>a</sup>] und ward der wolff ledig und floch ylend uff ainen berg. Der esel gieng in daz hus synes herren und der betrübet esel vor forchten, die er von dem wolff empfangen hett, und von den fröden, die er billich hett, umb daz er was erlediget, ward über lutt schryen mit großer stimm. Do aber der wolff an dem berg das erhöret, do sprach er herwider: So vil kanst du weder hülen noch singen, daz du mich wider in die widen mügest bringen. Dise fabel leret, daz wir mit lycht gelouben sollen den worten des, den wir begeren ze schedigen, und wann wir ain fart gelaichet werden, daz wir uns darnach allweg sollen klüglich für senhen.

### 88. Fabula viii de serpente et agricola. <sup>1</sup>

Non expedit facile credere ei, cui mala ingeris, nam tandem nocebit. De hoc audi fabulam. Agricola ibat serere agrum, dum autem iret, conculcavit serpentem acriter, dixit ei serpens: Conculcalsti me, o amice male! nihil lesus a me. Dico autem tibi ne credas ei, cui malum facis. Et abiit agricola viam suam parvipendens hec. Sequenti autem anno cum agricola carperet eandem viam, dixit ei serpens: Quo vadis amice? Respondit agricola: Agrum serere; et serpens: Cave ne irriguum agrum seras, nam hoc anno multe erunt pluvie, et que seminata fuerint in terra aquosa peribunt. Veruntamen cui mala facis, ne credas. Et abiit agricola, estimans dolum, et seminavit in tellurem aquosam. Ipso autem anno fuerunt pluvie magne et semina aqueose terre perierunt et nihil habuit homo. Sequenti anno cum iret per eandem viam agricola agrum seminare dixit serpens: Ubi pergis, o amice? [167<sup>b</sup>] Agricola respondit: Agrum serere. At serpens: Vide ne arentem seras humum, quia hoc anno estas erit magna, et que seminata fuerint in agrum aridum, morientur. Veruntamen, cui malum facis, ne credas. Agricola estimans fraudem, seminavit in arvam aridum fuitque illo anno magna estas, et semina terre aride perierunt et nihil annone habuit homo. Alio autem anno cum iteraret similiter per viam agricola, ut agrum sereret, dixit ei serpens: Quo

\*

<sup>1</sup> Extr. 8. Schlange und bauer, Gritsch 37, 76.

iteras, o amice? Et agricola: Serere agrum, inquit. At serpens: In commune, inquit, solum semina, id est quod non nimis sit aquosum, neque valde aridum, sed ex utraque temperatum. Cui autem malum facis, ne credas. Ait agricola, et fecit sicut ei dixit serpens. Extitit autem illo anno aurarum temperies congrua et homo habuit satis annonam. Cum autem reverteretur agricola de agro, ait ei serpens: Ecce amice mi, venerunt tibi cuncta, sicut predixi. Et agricola: Venerunt, inquit, et ideo gratias ago. Serpens dixit: Volo, inquit, aliquam remunerationem. Agricola respondit: Qualem ergo vis retributionem? Serpens dixit: Non aliam nisi in crastina die mittas me ad unicum filium tuum, cum vase victili pleno lacte. Et ostendens ei foramen: Ad illud, inquit, ponat vas addiditque: Hoc previdé, quod frequenter dixi tibi, ut cui malum facis non credas. Abiit agricola et die crastina direxit ei unicum filium sicut promiserat. Et deposuit vas ante foramen plenum lacte, protinus ergo serpens percussit puerum et mortuus est. Veniens autem pater ad serpentem ait ei: Inludisti, inquit, mihi et interfecisti filium meum dolose, at serpens de alta rupe talia inquit: Non, inquit, id dolose egi; [158<sup>a</sup>] sed quia tu lesisti me sine causa et nihil emendasti. Ego autem sepe dixi tibi, ut cui malum facis, ne credas. Docet fabula non leviter accomodare fidem his, quibus malefacis.

### Die viii fabel von dem schlangen und dem puwrn.

Es ist nit füglich noch nützlich, das man denen lychtlich glauben sölle, denen man laid oder schaden hat zuo gefügt. Dar von hör dise fabel. Ain akerman gieng uß ze seyen synen aker. Als er aber gieng, tratt er ainen schlangen gar hart. Do sprach der schlang zuo im: O fründ, du hast mich gar übel getretten, und ich hab dir doch nie kain laid getan. Und ich sag dir, daz du dem nit gelouben solt, dem du hast laid getan. Do gieng der puwr syne straß und verachtet dise wort. Das ander jar dar nach, do der puwr aber den selben weg gienge, do sprach der schlang zuo im: O fründ, wa hin gast? Antwürt der puwr: Den aker seyen. Do sprach der schlang: So hüt dich, daz du kainen wäßrigen oder fast fuchten aker [158<sup>b</sup>] seyest, wann diß jar würt fucht mit vil regen, und waz in ain wäßrig land würt geseyet, daz verdirbt. Doch solt du dem nit gelouben, dem du hast laid gethan. Der puwr gieng hin und gedacht, der schlang

laichte in, und seyete in ain wäßrigen boden, und kamen das selb jar vil regen und verdurben alle samen. die uff den fuchten aker waren geseyet und ward dem puren kain korn. In dem nachgenden jar, do der puwr aber den selben weg gienge und wolte den aker seyen, do sprach der schlang zuo im: O fründ, wa hin gast? Antwürt der puwr: Den aker seyen. Sprach der schlang: So wart, das du kainen durren boden seyest, wann dicz jar würt gar druken und heiß, und was uff truknen aker geseyet würt, das stirbt, doch solt du dem nit gelouben, dem du laid gethan hast. Aber der puwr besorget die untruw des schlangen und seyete in die durren äker. Und was das selb jar ain heißer summer und vergiengen alle samen, die uff durren erdrych waren geseyet, und ward dem pauwren aber kain koren. Das ander jar dar nach, do der pauwr aber den selben weg uß gieng ze seyen, sprach der schlang zuo im: O fründ, wa hin gast du? Der puwr sprach: Den aker seyen. In gemainen aker solt du seyen, sprach der schlang, das ist, der nit ze fucht noch ze truknen sye, sonder mittelmäßig, wann es würt gar ain wetterlich guotes jar; doch solt du dem nit gelouben, dem du übel tuost. Der puwr gieng hin und tette, wie der schlang gesprochen hett, und war das selb jar fruchtbar und wetterlich, und ward dem puwr vil kornes. Do aber der puwr von aker wider ze hus gieng, [159<sup>a</sup>] do sprach der schlang zuo im: Nim war, myn fründ, ob dir itt alle ding begegnet syent, wie ich dir gewyssaget habe. Der puwr sprach: Ja, es ist also ergangen, darum danken ich. Do sprach der schlang: Ich begeren ainer belönung von dir. Der puwr sprach: Was begerest du aber? Der schlang antwürt: Nit anders, wann das du mir uff den mornigen tag dynen sun senden wöllest mit ainem hafem vol milch, und zaiget im ain loch, in daz loch (sprach er) solt du mir sie heißen seczen, und sprach mer: Sich dich für, wie ich dir gewonlich gesagt hab, du solt dem nit gelouben, dem du übel gethan hast. Der puwr gieng hin und uff den mornigen tag sendet er im synen ainigen sun, als er im versprochen hett, und seczet den hafem voller milch für das loch. Zehand leczet der schlang das kind mit syner gift, daz es starb. Do kam der vater zuo dem schlangen und sprach: Du hast mich betrogen und hast mich veruntrüwet an mynem sun, den du getöttet hast. Dar wider redt der schlang ab ainem hohen felsen: Ich han nit untrüchlich gethon; du hast mich an ursach geleczet und hast dich nicht entschuldiget gegen mir, noch mir kain ablegung dar wider gethan. So hab ich dir oft gesagt,

du solt dem nit gelouben, dem du hast übels gethan; darumb darffst du mich nit schuldigen. Dise fabel leret, daz du dem nit vil getrüwen solt, dem du hast schaden gethan.

### 89. Fabula ix de vulpe et lupo, piscatore et leone. <sup>1</sup>

Siquis lesus fuerit ab aliquo non debet presumere vindictam lingue, idest detractiones et plaspemias, quia inhonesta est huiusmodi vindicta, unde audi fabulam. Vulpis comedebat piscem iuxta flumen. [159<sup>b</sup>] Lupus autem cum esset secus locum et esuriret, petebat partem ab ea; vulpis ait: Ne loquaris ita, domine mi, non enim congruit, ut tu comedas reliquias mee mense, non enim aliquando faciat deus tam curvum iudicium, sed consilium dabo: Vade et affer vas quod vulgo panarium vocatur, et docebo te artem piscandi, et quando esurieris, capies pisces et manducabis. Abiens autem lupo ad vicum, furatus est panarium et attulit vulpi. Vulpis autem ligavit ad caudam lupi valde fortiter panarium et dixit ei: Vade per aquam trahendo panarium, et ego retro te vadam submovendo pisces. Lupo autem trahebat per flumen panarium, et vulpis caute ponebat lapides in panario. Cum autem plenum esset, ait lupo: Nequeo movere neque panarium tenere. At vulpis ad hec: Gratias refero deo, quia video te strenuum in arte piscandi. Sed surgam et ibo querere adiutorium ad extrahendum pisces de panario vel de flumine. Tunc surgens abiit ad vicum, et dixit hominibus: Quid statis, quid facitis? Ecce lupo, qui oves, qui agnos, qui omnes bestias vestras comedit, nunc etiam a flumine vestro pisces extrahit. Tunc omnes cum gladiis, fustibus et canibus exierunt ad lupo et usque quasi ad mortem percusserunt ac vulneraverunt. Lupo autem tiranno fortiter cauda rupta evasit curtus. Leo autem, qui est rex bestiarum, illis diebus erat infra provinciam, habens tortiones et dolorem ventris. Et ibant omnes bestie ad visitandum et consolandum eum. Inter quas etiam lupo accessit et ait: O domine mi rex, ego servus tuus circuivi totam provinciam pro medicina, et nihil amplius reperi nisi tantum hoc, quod in ista provincia moratur vulpis superba et callida habens magnam medicinam infra seipsam. Hec [160<sup>a</sup>] si dignata fuerit venire ad te, voca eam

\*

<sup>1</sup> Extr. 9. a. Wolf fischt, Grimm, Reinhart Fuchs s. 425. Odo Ms. b. Wolfsfell, Pauli 494.

ad consilium et exue pellem eius ab ea, ita tamen, ut viva evadat ipsa, et circumdabis ventrem ex pelle et statim sanus eris. Vulpis autem habebat foveam in ipsa rupe iuxta ubi morabatur leo, et diligenter hec omnia auscultabat. Cum autem recessisset lupus, abiit vulpis et volutavit se in volutubro luti et venit ante leonem et ait: Salva me rex! et leo ait: Sis salva, sed accede huc ut osculer te et dicam tibi aliquid secreti consilii mei. Ad hec vulpis respondit: Cernis, inquit, domine mi, quia ex velocitate itineris sum ex luto sordida et ex stercorebus coinquinata, et vereor ne ob fetorem pessimum vexentur viscera tua, si propius accessero. Sed postquam balneavero me et pectinavero, veniam ante conspectum domini mei regis, et dicat, quod ei placuerit. Sed antequam discedam dicam causam, pro qua veni. Ego ancilla tua circuivi totum quasi mundum pro medicina, et nihil amplius valui discere, nisi tantum hoc, quod indicavit mihi quidam <sup>1</sup> grecus. Nam est infra provinciam istam lupus magnus curtus, qui propter medicinam caudam amisit, qui fertur habere medicinam. Hic si venerit ad te, voca eum ad consilium. Et extendens tuos pedes pulcros super eum exue eum suam pellem totam, nisi hoc solummodo, quod in capite et in pedibus gestat, ita tamen caute, ut vivus evadat. Et interim dum callida est, involve tuum ventrem et recipies statim sanitatem; et hec dicens recessit. Statim ergo lupus venit ante leonem vocavitque eum leo statim ad consilium et extendens pedes suos tulit ei totam pellem corporis excepto capite et pedibus. Et involvit leo ventrem suum interim quod fuit calida. Musce autem et vespe [160<sup>b</sup>] ac scabrones ceperunt comedere carnes suas ac aculeis stimulare. Cum autem velociter fugeret, vulpis stans in alta rupe clamabat cum risu: Quis es tu, inquit, qui pergis deorsum per pratum cum gwantis in manibus, et pilleum gestans in capite? Audi quid dicam; quando pergis per domum, benedic de domino. Et quando pergis ad curiam, benedic de omnibus, et si nec bene nec male, de omnibus mitte stare. Instruit hec fabula unumquenque, ut lesus ab aliquo non assummat vindictam lingue, neque detractiones neque blasphemias, neque absconse, neque publice. Et monstrat, quod qui parat fratri suo foveam, ipse incidet in eam.

### Die ix fabel von dem fuchs, wolff und löwen.

Ob ainer von ainem ander gelezet wurde, so sol er straff der zungen nit für sich niemen, ouch nit schelten noch nach reden, wann

<sup>1</sup> quidam] quidem.

söllich rauchen sint unerlich. Darvon hör dise fabeln. Ain fuchs aß ainen fisch by ainem waßer; ain hungrierer wolf, [161<sup>a</sup>] der nit ferr von im was, bat den fuchs umb ainen tail. Do sprach der fuchs: O myn herr, rede nit also. Es wäre gar unzimlich, daz du eßen soltest, was mir ob mynem tisch über belibe, got wölle nimmer kain sölliche krumbe urtail geben. Aber ich will ainen raut geben: Gee hin und bring ainen großen brotkorb, so will ich dich lernen visch vahn, und wann du hungrig bist, so fachst du visch und ißest. Der wolff gieng in das dorff und und stal ainen brotkorb und bracht in dem fuchs, der fuchs band den korb dem wolf an synen schwancz gar wol und sprach zuo im: Nun gee durch das waßer und züch den korb nach dir, so wil ich dir nach gaun und die fisch tryben. Der wolf zoch den brotkorb durch daz waßer, der fuchs gieng im nach und warff haimlich die stain in den korb; do aber der korb vol ward, do sprach der wolf: Ich mag in nit erziehen, so mag ich ouch nit fürbas gan. Do sprach der fuchs: Gelobt sye gott, wann ich merk, daz du des fischens ain maister bist. Ich will mich uff heben, hilf ze suochen, den korb mit den fischen uß dem waßer ze ziehen. Er gieng in das dorff und sprach zuo den puwren: Wie stand ir? was tuond ir? sehend ir nit den wolf, der tüwere lemmer und schauff und alles schmal vich gefreßen hat? der will tuch ouch die fisch uß dem waßer niemen. Do zouch menglich uß mit kolben, spieß, schwert und stangen über den wolff, do schluogen sie und stachen den wolff uncz uff den tod. Der wolff wäre geren entrunnen, und zouch nach allen synen krefftten und ließ den schwancz an dem korb und entran also kurzzer on den schwancz. Zuo den selben zyten was der künig aller tier, der leo, ze land und was gar krank von grimmen des lybs, und giengent alle [161<sup>b</sup>] tier zuo im, in ze besenhen und trösten in syner krankhait. Under den selben kam ouch der wolf und sprach: O myn her künig, ich din knech bin vil nahet daz ganz land umbzogen, erczny ze suochen, und finde nit, das dir so guot sye, als ain fuchs, der in diser gegend ist, über listig und hochfertig umb erczny, die er by im tregt. Ob der sich begaube zuo dir ze komen, so bertiff in zuo dir in dynen rant und züch im synen balg ab synem flaisch, doch also, daz er lebend belyb, und schlach synen balg also warm umb dynen buch, so würdst du alsbald gesund. Der fuchs het in demselben stain ain hol nahet by dem löwen, das er alles das hören mocht, was allda gerett ward. Do aber der wolf hinweg kam, do ging der fuchs und walget sich überall in ainer unsubern stin-

kenden lachen und kam für den löwen und sprach: Her künig, ich grüß dich! Du syest ouch gegrüßet, sprach der leo. Doch gee her zuo mir, das ich dich küsse und dir etwas myner haimlichen rautt sage. Antwort der fuchs: Min her, du sichst, wie ich so bald geloffen bin, daz ich überal bestrebt, unsauber und stinkend bin, und besorge, daz dyne gewaid von dem stank entricht werdent, so ich näher zuo dir gang. Aber so bald ich mich wäsche und erkemme, so kome ich für die angesicht mynes herren künigs, so mag er mir sagen, was im gefällig ist. Doch ee daz ich hinweg schaide, so will ich sagen die ursach, warumb ich her bin komen. Ich bin in dynem dienst vil nahet die ganczen welt umgeloffen, daz ich dir erczny suoche, und kan beßere erczny nit erfinden, wann allain dise erczny, die mich ain kriechiser maister hat geleret; das ist die: Ain wolff ist in unser gegend, ain [162<sup>a</sup>] großer und kurczer, der von der kunst wegen erczny synen schwancz verloren hat; von dem sagt man, daz er die besten erczny habe. Wann der zuo dir kome, so berüffe in an dynen raut und streke uß dyn schönen fuoß über in und züch im synen balg gancz ab, on allain die hut des kopfes und der füß, und doch also, daz er lebend hin müge louffen, dann schlach die hut also warme umb dynen buch, so geligend dir die grimmen alsbald. So bald der fuchs das geredt, do gieng er hinweg. Zehand kam der wolf für den löwen. Der leo berüffet in alsbald an synen rautt. Als er aber kam, do reket der leo syne baide fordern füß uff den wolff und zoch im synen balg gancz ab on allain an dem houpst und an den füßen, und schlug den also warm über synen buch. Do wurden die fliegen, wefczen und hurnüssel den wolf so ser byßen und stechen, daz er stät louffen und fliehen muost. Do stuond der fuchs uff ainen hohen felsen und schry mit luter stim spottend: Oho, wer bist du, der über den anger louffst mit dem hütlin und hendtschuoehen, so es doch warm ist? hör doch, was ich dir sag: wa du in ain hus wandelst, so red wol dem herren des huses. Bist du zehoff, so red wol von menglichem, versag niemand; wilt du deren kains tuon, so laß es syn als im ist, so behaltest du dyn hutt. Dise fabel leret menglichen, welher von iemand geleczet ist, daz er sich nit understande mit worten ze rechen, als der wolf, noch nit mit nachreden oder scheltworten weder haimlich noch offenlich. Sie zaigt ouch, wie daz oft ainer ainem andern ain gruoben machet und felt selber daryn, wie der wolf gethan hat.

90. [162<sup>b</sup>] *Fabula x de lupo pedente.* <sup>1</sup>

Multi altiora se querunt et fortiora se scrutantur et ultra suum gradum excedentes altiora petunt et deliciosa volunt. Sed quo altius ascendunt, frequenter deterius labuntur. De hoc audi fabulam. Lupus surgens summo diluculo, de cubili suo cum se extenderet, pepedit et ait: Gratias ago diis, quia hac die de dignitatibus satiabor, ut mihi meus modo indicat posterior. Et dum iret per viam, invenit adipem integrum, qui ceciderat itinerantibus. Et vertens illum ait: Non comedam ex te quia prius motionem viscerum meorum faciebas, dum comederem ex te. Hodie enim satiabor dignitatibus, ut summo diluculo meus mihi nunciavit anus. <sup>2</sup> Et progrediens inde invenit corpus suis salitum ac siccum et vertens illud dixit: Non comedam ex te, quia sitem ingerebas mihi. Et quare comederem, cum sciam me hodie de dignitatibus satiari, ut meus mihi nuntiavit anus? Et discedens inde invenit pascentem equam cum pullo suo. Et ait: Deo gratias! sciebam inquam, quia hodie epulabar de dignitatibus; et dixit ad equam: Certe, soror, pullum tuum comedam. Et equa ait: Sicut placuerit, ita facias. Sed die hesterna iteranti mihi infixi est spina, quam oro ut prius educas, quia famaris medicus, et postea pullum comedas. At lupo pergens ad pedem eque voluit extrahere spinam. Equa autem percutiens eum ad mediam frontem, agiliter cum pullo suo silvam petiit et salvata est. Lupus recuperato spiritu dixit: Nulla est mihi cura ex hac iniuria, quia die hodierno ero saturus. Et recedens inde cepit ire per viam et invenit duos arietes preliantes in prato. Et ait: Diis gratias, modo satiabo me. Et dixit [163<sup>a</sup>] eis: Vere fratres, unum ex vobis comedam. At unus respondit ex eis: Ut placet, ita fac. Sed prius iudica inter nos rectum iudicium. Hoc pratum fuit patribus nostris, nos autem ignorantes ipsum dividere agimus prelium. At lupo: Faciam ut vultis, si dixeritis modum. Tunc unus aries ait: Audi, domine, sta, si placet, in medio prato, et ego ibo ad unum caput prati. Et alius aries ad aliud caput, et quis prior fuerit ad te, illi sit pratum, et tu alterum comede. At lupo ait: Ita facite. Et abeuntes ad capita prati arietes venerunt cum magno impetu velociter usque ad lupo et percusserunt eum ex utraque parte ita vehementer, ut a propriis stercorebus coinqui-

\*

<sup>1</sup> Extrav. 10. Wolf abergläubisch, Grimm R. F. 429, Camerar. 371.  
<sup>2</sup> anus] avus.



naretur. Et fractis eius costis abierunt semivivo relicto. Post aliquam autem horam recuperato spiritu ait: Nec ex hac iniuria est mihi cura, quia hodie ero saturus, ut hoc summo diluculo mihi anus<sup>1</sup> presagiebat meus. Et discedens inde invenit scroffam cum porcellis suis pascentem et ait: Gloria tibi domine! Ego enim sciebam, quia hodie invenirem cibum delicatum. Et ait ad scroffam: Comedam, inquit, soror mea, ex porcellis tuis. Respondit scroffa: Ita facies, ut placuerit. Sed rogo, ut prius laventur aqua pura, nam non sunt ritui nostro lauti, et tunc manducabis ex eis secundum voluntatem tuam. At lupus: Ostende, inquit, fontem. Tunc scroffa duxit eum ad canalem, per quam influebat aqua in molendinum, et ait: Ecce fons sanctificatus, et stans in summitate canalis fingensque se prespiterum voluit arripere porcellum et intingere in aquam. Tunc scroffa cum grinnitu oris vehementer impetiit lupum per mediam canalem et vis aquarum rapuit eum usque ad rotam ligneam, ac radii rote contriverunt vehementer membra eius. [163<sup>b</sup>] Et vix inde effugiens ait: Non est mihi multus dolor ex hac fraude, quia in hac die reperiam cibum delicatum, ut meus mihi anus autumavit. Transiens autem iuxta vicum vidit capras stantes super clibanum. Et dixit: Deo gratias rependo, quia video mihi cibum amabilem! Et cepit ire ad eas. Capre autem, ut viderunt venire lupum, absconderunt se in clibanum. Lupus autem veniens ante furnum ait: Avete sorores. Certe, ex vobis comedam usque ad saturitatem. At ille dixerunt: Audi domine. Nos ob nullam aliam causam huc venimus, nisi ad sacra celebrandum. Quare oramus, ut cantes, postea finitis sacris egrediemur ad te et facies, quod tibi placuerit. At ille fingens se pontificem cepit ante clibanum ullulare magnis vocibus. Homines autem vici illius audientes lupum ullulare exierunt cum fustibus et canibus et percusserunt eum usque fere ad mortem, ac canes eum vulneraverunt, et vix semivivus evasit. Tunc veniens ad quandam arborem magnam iecit se sub eam et cepit secum querere ac vehementer seipsum increpare ita fando: O deus, quanta mala die hodierna super me sunt iniecta! sed ut recolo magna ex parte mea est culpa. Unde enim mihi tam superba mens, ut adipem respuerem, carnem porcina salitam et siccam refutarem. Addebatque: Pater meus non fuit medicus, nec ego didici medicinam. Et unde hoc mihi, ut medicus essem, et volui educere spinam de pede equi? et pater meus non fuit iudex, nec ego

1 anus] avus.

didici legem. Et unde mihi hoc, ut vicarius essem, quia volui iudicare inter arietes? Pater meus non fuit sacerdos, nec ego didici litteras. Et unde hoc mihi processit, ut fonte puro [164<sup>a</sup>] lavarem porcellos? Pater meus nec clericus fuit, nec ego ordinatus ad pontificium sum. Et unde mihi hic error, ut pontifex apparere vellem et sacra celebrare? Et oravit ita: O Jupiter, utinam descenderet magnus gladius ab tuo trono eburneo et me valide percuteret. Homo autem, qui erat in arbore, mundans eam, diligenter auscultabat omnia hec verba. Et dum lupo finivisset huiuscemodi planctum, homo iactavit securim, cum qua mundavit arborem, et percussit lupo ita fortiter per collum, ut volveretur super terram in similitudinem rote. Et cito surgens suspiciensque in celum, deinde ad arborem ait: Oh Jupiter, quam exaudibiles hic sunt dii! et cursu agili percussus ac vulneratus silvam petiit humiliatus, qui exierat superbus. Instruit hec parabola non velle dici quod non est. Et nec altiora et fortiora sequi-quemquam, quam eius status exigat, sed in suo statu quemquam esse contentum. Nec trullarum presagiis fidem dare.

[164<sup>b</sup>] Die x fabel von dem farczenden wolff.

Vil sint der menschen, die höhere ding suochend, wann inen zuo gehört, ouch sterkere werk wûrken wöllent, wann ir staut ist, suochent ouch wollust mer, wann inen gebûrlich ist, und gewonlich werdent sie so vil niderer gedrukt, als vil sie ze houch gestigen sint. Darvon hör ain fabel. An ainem morgen frû als der tag her brach, stuond ain wolff uff uß synem leger, und als er sich erstrecket und syne gelid ranket, ließ er ain großen schaiß, und sprach: Ich loben die gött, wann uff disen tag würd ich mit hochzyttlicher spys ersettet, als mir myn hinder bewyset hat. Und als er umb syne spys uß gieng, do fand er ainen ganzen schmerlaib uff der straß, der ainem fuorman enpfallen was, den keret er hin und her und sprach: Ich will von dir nit eßen, wann du hast mir vor mynen lyb entrichtet; warumb wolt ich ouch von dir eßen, so ich waiß, daz ich von hochzyttlicher spyse sol gesettet werden, als mir hüt frû min ars hat gewysaget? Er gieng fürbas und fand ainen ganzen truknen gesalzen bachen; er keret in umb und sprach: Dich will ich nit eßen, wann du hast mir vor großen durst gemachet; und warumb wolt ich dich eßen, so ich waiß, daz ich mit hochzyttlicher spyse sol gesettet werden, als myn wyssagung zaiget?

Er gieng fürbas und fand ain stuot mit ainem fülhin uff der waid und sprach: Gelobt sye gott, wann ich wißt doch wol, daz ich hüt hochzytiglich solte gepsyset werden; und sprach zuo der stuot: Für war, schwester, ich würde dyn fülhin eßen. Die muoter sprach: Waz dir gefällig sye, daz tuo. Aber als ich gest[165<sup>a</sup>]ern bin umgegangen, hab ich in ainen dorn getretten; bitt ich dich, du wellest mir in voruß dem fuoß ziehen, wann du bist für ainen arczt berümet; darnach iß das fülhin. Do gieng der wolff zuo ierem fuoß und wolt ir den dorn außziehen, do schluog das stuotpferd den wolff mitten an syne stirnen, daz er umb trümelt, und ee daz er wider zuo synen krefften kam, do was die stuot mit dem fülhin in den wald entrunnen. Do aber der wolff wider zuo im selbs komenn was, do sprach er: Mir ligt nichtz an diser schmach, wann ich wol weiß, daz ich noch hüt rychlich würd gesettet nach myner urkünd. Er schiede aber von dann und kam uff ain wismad, do fand er zwen wider mitainander turren und kempfen, und sprach: Lob sye got, iecz will ich mich guoter spys ersetten. Und sagt: Für war, ir brüder, ich muoß ainen von üch eßen. Antwürt der ain: Wie du wilt, also tuo. Doch so gib vor ain rechte urtail zwischen uns. Dis wismad ist unserer vätter gewesen und kunden es nicht mit lieb getailen, und synd darumb in tölichen kampff getretten. Der wolff sprach: Ich thuo es, wann ich tüwer mainung weiß. Do sprach der ain wider: O herr, so merk mich, wir mainen also. Du solt staun, ob es dir gefalle, mitten uff das wismad, so gee ich an das ain ort und der ander wider an das ander ort, und welher ee zuo dir komt, des sol das wismad syn, den andern solt du eßen. Do sprach der wolff: Das gefelt mir. So giengent die wider an baide ort des wismads und fiengent au ze louffen so schnell sie mochtent ungestümglich zuo dem wolf und stießen in zuo baiden syten so hart mit iren hornen, [165<sup>b</sup>] daz er sich mit synem aigen kaut entrainiget und im syne ripp zerstießen, und ließent in ligend halb toutten und giengent iere strauß. Über ain wyl, do sich der wolf wider erholet, sprach er: Ich will ouch diser schmach nit achten, wann ich würde doch noch hüt gesettet, nach mynes hindern urkünd. Und als er von dannen gienge, fand er ain losen mit fäklin uff der waid und sprach: Herr, ich sag dir lob und cer, wann ich wißte doch wol, daz ich hüt ain schlekhafft eßen fünde, und sprach zuo der losen: O schwester myne, ich muoß hüt von dynen feklin eßen. Antwürt die los: Tuo was du wilt, doch bitte ich, du wellest sie vor mit luterm waßer wäschen, wann sie sint noch nit rain

nach unser ordnung. Darnach iße sie nach dynem willen. Do sprach der wolff: So zaige mir den brunnen, darinn ich sie rainigen sol. Die suw füret in zuo einem gûsbett, durch das das waßer uff die mülin louffet, und sprach: Daz ist gehailiget waßer. Der wolff stellet sich ze öbrist an daz gûsbett priesterlich, und griff nach ainem feklin. Da er es in das waßer tunket, do ward die suw gryn und die zen weczen und stieß den wolff stürmlich in das gûsbett und zuket in der stark fuß des waßers über ab durch das rad und zerstiessen im die spachen syne gelider ellenglich. Als er aber do ouch entrunnen waz, sprach er: Mir ist doch nit ser wee beschehen von diser untruw und waiß doch wol, daz ich noch hüt ainer schlekhafften spyß bekommen wil; und als er umb ain dorff gieng, sach er ettlich gaißen uff ainem bachoffen staun und sprach: Ich sagen dank den götten, ich sich mir ain liepliche spys, und gieng zuo inen. [166<sup>a</sup>] Do aber die gaiß den wolff komen sachent, sie bargen sich in den offen. Aber der wolff kam für den ofen und sprach: Ir schwestern, ich grüß üch; für war ich würd von üch esen, das ich vol sye. Die gaiß sprachent: Herr, höre unsere wort; wir synd um kain andere ursach hie, wann daz wir hailiger werk pflegen wöllen, und so bald wir die volbringen, so gaun wir hinuß zuo dir, so ißest du nach dynem willen. Darumb bit wir dich, du wöllest uns singen und unsere gaistliche werk helfen volbringen. Der wolff underwandt sich priesterlichs amptes, und fieng an ze hülen mit luter stimm; so bald aber die puwren den wolff hortent hülen, do zohen sie uß mit stangen, kolben und hunden und schluogent in hart uncz uff den tod und bißent in die hund, daz er hart halb lebend entrinnen mocht. Also kroch er kranker under ainen großen paum und legt sich nider ze ruowen, und fieng an daz ungefell des selben tages ze klagen und sich selb hertiglich ze straffen und sprach: O got, wie mangerlay übels ist hüt uff mich geworfen. Aber als ich gedenk, so ist es uß mynem verschulden beschehen, wann ich bin so hochtragende in mynem gemüt gewesen, daz ich ainen schmerlaib hab verachtet, ainen ganczen schwynin bachan hab ich verspurczet, so ist myn vatter kain arczt gewesen, so hab ich ouch die künst der erczny nit gelernet, und wolt doch das pferd ercznyen an synem fuoß und im den dorn ußziehen. Myn vatter ist ouch nie kain richter gewesen, so hab ich die weltlichen recht nie gelernet; von wannen komt mir dann, daz ich urtailen wil zwischen den widern? Myn vatter ist nit priester gewesen, so bin ich ouch der geschrift ungelernet; von wannen [166<sup>b</sup>] komt mir dann der gewalt, die

feklin in dem waßer ze rainigen? So ist myn vatter nit gewycht worden, wie hab ich mich dann des irrsals underwonden, daz ich den gaïßen will helffen iere gaistlikait volbringen? Und rüffet die gött an mit sölichen worten: O Jupiter, ich wölte, wa es dyn will wäre, daz ain großes schwert von dynem helffenbainin tron herab fiel und mich strauffet. Ain puwr was des mauls uff dem paum und schnöwet in mit ainem byhel, der höret dise klag alle und warff den bihel so krefftiglich in den wolff, daz er umb trumelt als ain rad; doch stuond er bald uff und sach gen himel und darnach uff den paum und sprach: O got, was großen hailtums hie ist! wie bald werdent die bittenden hie erhöret! und luff do schnelles louffes geschlagner und verwonter in den wald, gedemütiget, der vor hochfertiger was daruß geloffen. Dise fabel leret, daz niemen reden sol, das nit ist. Es sol ouch niemant störkere noch höhere ding begeren, wann er selber ist, sonder daz ain ieder in synem staut bentigig sye und in üppikait nit geloube, als der wolf an syn farczen.

#### 91. *Fabula xi de cane invido.*<sup>1</sup>

Sunt plures, qui hoc invident aliis, quod ipsi habere nequeunt, et quamvis ipsis non prosit, tamen alios impediunt. De hoc audi fabulam. Canis impius iacebat in presepe, quod erat plenum feno. Et venientes boves ut comederent, non sinebat ore patulos suos dentes ostendens. Tunc boves dixerunt ei: Inique agis, naturam invidens in nobis, quam tu non habes. Non enim tua est natura, ut comedas fenum, et vetas tamen nobis illud comedere. [167\*] Similiter cum teneret os in suo ore non valens illud rodere, non tamen dimittebat alteri cani, ut illud roderet. Monstrat hec fabula non facile posse vitari invidiam, cum difficultate tamen vitatur, sed quiescere nescit.

#### Die xi fabel von dem nydigen hund.

Vil sint der menschen, die den andern engudent, das inen nit werden mag und villycht inen nit nütz wäre, ob sy es hetten, dannocht irrent sy die andern daran. Darvon hör ain fabel. Ain ungtütiger hund lag in ainer krippen vol höws, der wolt die komenden oxsen von

\*

<sup>1</sup> Extrav. 11. Neidischer hund, Kirchhof 7, 130.

der waid nit eßen laßen, und bleket über sie die zand und gruwet. Da sprachen die ochsen zuo im: Du tuost unrecht, du bist unserer natur nydig, darumb das dir dyn natur dir nit gyt, daz du hōw eßest, und wilt uns verbieten, daz wir das ouch nicht eßen sōllen. Des gelychen hete er-ouch ain bain in synem mul, daz er selber nicht nagen mocht. Aber dannocht wolt [167<sup>b</sup>] er es kainem andern hund vergünden ze nagen. Dise fabel zaiget, daz der nyd nit wol noch lychtiglich ist ze vermyden, und ob er wol mit arbeit vermitten würt, so ruowet er doch nit lang.

## 92. Fabula xii de lupo et cane famelico. <sup>1</sup>

Dum familia non bene pascitur a patre familias, frequenter ipse patitur damnum propter suam avaritiam, et dum aliquis excedere vult suam naturam, cadit aliquando in malum. De hoc audi fabulam. Dives quidam habebat magnum gregem ovium, habebat etiam canem, qui cum eis morabatur ob defensionem luporum, sed non satis eum pascebat propter suam avaritiam. Unde quadam die veniens lupo ad canem ait ei: Quare, inquit, ita es attenuatus macie? ut perpendo fame periclitaris, quia dominus tuus avarus est nimis. Sed si vis dabo consilium bonum. Canis respondit: Est mihi necessarium consilium bonum. Lupo ait: Ingrediar, inquit, inter agnos et capiam unum ex eis et simulabo fugam. Tu autem persequens me citius, antequam sis ad me, proiice te quasi cadens et non valens me persequi propter famem et debilitationem corporis. Tunc pastores et cuncta familia videntes hec dicent: Certe si canis noster abundanter sumeret cibum, lupo non asportaverat agnulum nostrum, nec pellem integram; tunc ut estimo accipies satis cibum. Canis ait: Fac, ut dicis. Tunc lupo ingrediens inter agnos, accipiens unum agnum simulavit fugam. Canis autem insequabatur eum citius, sed antequam veniret ad eum iactavit se in terram, quasi non valens sequi eum pre magnitudine famis. Tunc pastores et cuncta familia dicebant: In veritate, si dominus noster potuisset hunc canem, [168<sup>a</sup>] lupo non tulisset nostrum agnum nec portasset pellem integram. Audiens autem hec dominus; fingens se iratum, plenus rubore ac verecundia ait: Maledicat eum deus, qui

\*

1 Extr. 12. Wolf und hund, vgl. Grimm kinderm. 3, 80.

cibum debuit dare, inculpans familiam suam, sed amodo, inquit, date ei cibum. Tunc ceperunt ei dare ius carniū et panem de furfure frumenti. Et canis cepit recipere vires. Post paucos autem dies iterum veniens lūpus ad canem ait ei: Bonnum, inquit, consilium frater mi dedi? Canis respondit: Necessarium, inquit, mihi illud erat. Lūpus ait: Si vis, dabo melius. Ait canis: Audiam illud. Lūpus ait: Ingrediar nunc inter agnos et tollam unum agnum, et simulabo fugam. Tu autem insequens vade usque ad me et percutite meum pectus cum tuo, leviter tamen. Et tunc proice te in terram, quasi non valens surgere pre debilitatione tui corporis. Videntes autem hec pastores, dicent: Vere, si pleniter acciperet escam canis noster, lūpus non tolerat agnum, nec perexerat vivus. Canis ait: Timeo, inquit, dominum meum valde, qui dat mihi escam, quamvis non ad satietatem usque, tamen fac ut dicis. Tunc lūpus tollit agniculum pinguisimum, petebat fugam. Tunc canis perniciter insequeretur eum usque dum percuteret eum cum pectore fortiter, et proiceret se, quasi non valens eum tenere pre validudine famis et macie corporis. Tunc pastores et omnis familia clamabant: Certe, si canis noster secundum voluntatem suam reciperet victum, non receperat lūpus <sup>1</sup> nostrum agnum pinguem, nec ambulaverat vivus. Audiens hec paterfamilias plenus ira ac dolore dixit: Abundanter, inquit, cibate eum post hac, et postmodum dabatur ei ius cum carne cocta et pane mundo triticeo. [168<sup>b</sup>] Et ita infra paucos dies plenam recepit fortitudinem, post damnum videlicet domini sui. Post autem veniens ad eum lūpus dixit illi: Optimum tibi dedi consilium, inquit, frater. Canis respondit: Optimum et mihi necessarium et tibi congruum. Lūpus ait: Ergo introibo inter mutones et portabo unum ex eis pro mercede mea. Canis ait: Accepisti, inquit, iam mercedem tuam. Nam duos ex agnis domini mei comedisti. Lūpus ait: Faciam, si tibi placet, ita. Canis ait: Nolo ut facias; nam si feceris, iuro tibi per meam vitam, quia vivus non evades. Audiens hec lūpus ait: Da ergo consilium quid agam, quia fame pereō. Canis ait: Die hesterno excidit una paries ex cellario domini mei, ubi est panis mundus abunde et ubi sunt carnes in sale et ubi sunt vasa vinaria plena vino. Vade ergo hac nocte ibi et satia te optime. Lūpus dixit: Dolose hec dicis; nam si introiero mox nuntiabis domino tuo ac familie et interficient me. Canis dixit: Per meam fidem non faciam. Non

\*

1 lūpus] lu lūpus.

enim ex divitiis domini mei est mihi aliquid commissum, nisi hec oves, et ideo non prodam te. Tunc lupus nocte facta perrexit et introivit in cellarium et commedit abundanter panem et carnem pinguisssimam. Deinde trahens vinum de vase vinario bibit et inebriatus est; tunc dixit ad seipsum: Villani, inquit, saturi et ebrii cantant cantationes suas. Et ego, inquit, quare cantationes non cantem, cum sim satiatus? Tunc cepit cantare et emittens semel vocem audierunt canes et ceperunt laterare et emittens secundam audierunt homines et dixerunt: Lupus est hic prope. Deinde tertiam emittens dixerunt: In cellario est. Et abeuntes occiderunt eum. [169<sup>a</sup>] Castigat hec fabula divites, potentes ac seniores, ut suos pascant mansionatos. Ne si eos non bene paverint ipsi accipiant clam plura, et domini patiantur damna assidua. Sed et monet unumquemque, ne excedat propriam naturam, ne incurrat malum, sicut hic lupus, qui vinum bibit preter naturam, et pro hoc est mortuus.

### Die xii fabel von dem wolff und hungrigen hund.

Wa die eehalten nit gnuogsamlich von den husvätern gespysset werdent, so würt in gewonlich größerer schaden zuo gezogen umb ir hertikait von den ehalten. Und wann ain mensch über syn aigne natur will höher stygen und an dem nit will benügen han, daz im syn natur gibt, der fallet oft in großen schaden. Darvon hör dise fabel. Ain rycher man hett ain große hert von schauffen. Er hett ouch ainen guoten hund dar by, der sie behütet vor den wolffen. Aber von syner gytikait ließ er den hund fast ußermassen großen hunger lyden. [169<sup>b</sup>] Ains mals kam ain wolff zuo dem hund und sprach zuo im: Warum bist du so dünne worden von megeri? als mich bedunket, so helliget dich der hunger, so dyn herr als über karg ist. Aber ob du wilt, so gib ich dir ain guoten raut. Der hund sprach: Guotes rauttes bin ich notturfftig. Der wolff sprach: Ich will under die schauff louffen und wil aines von inen zuken und hinweg fliehen; so ylest du mich, so bald du magst, und ee daz du gar zuo mir komest, so würrf dich nider als ob du gefallen syest und nit ferrer louffen mügest von übrigem hunger und blödikait des lybes. So das die hirten und das husgesind gemainlich ersehen, so sprechen sie: Für war, wäre unser hund gnuogsamlich gespysset, der wolff hette unser lemlin nit hin getragen, syn balk wäre ouch nit ganz beliben. Dann (als ich schäcze) so



wurdest du baß gespysset. Der hund sprach: So tuo daz, wie du sagst. Do lief der wolff under die lemmer, und zugt ains und lieff hin weg. Der hund iagt im nach so bald er mocht. Aber ee daz er zuo im kam, fiel er uff die erden, als ob er in nit möchte erlouffen vor übrigem hunger. Do sprachent die hirten und alles husgesind: In der warhait, hette unser herr den hund wol gefuoret, der wolff hette unser lamp nit hin getragen, noch die ganczen hutt dar von bracht. Do das der herr erhöret, erzaiget er sich als ob er zornig wäre. Er ward schamrot umb syn karghait und sprach: Verfluochet sye, der dem hund solt das eßen geben und es nit getan hat, und schuldiget die ehalten. Doch gebot er, den hund hinfür baß ze spysen. Do fiengent sie an, im flaischsbrü ze geben mit brot uß grüsch gemacht, do ward der hund zuolegen und kraft enpfahen. In kurzzen tagen dar nach kam der wolff [170<sup>a</sup>] aber zuo dem hund und sprach: Bruoder, hab ich dir nit ain guoten rat gegeben? Antwürt der hund: Ich bin des rantes notturfftig gewesen. Do sprach der wolff: Ob du wilt, so gib ich dir ain beßern. Der hund sprach: Das will ich hören. Der wolff sprach: Ich will nun aber under die lemmer louffen und aines zuken und es hin tragen, so ylest du nach mir, und wann du mich erlossen hast, so stoße mit dyner brust, doch nit hart, und fall da mit uff die erd, als ob du von blödikait wegen dynes lybes nicht uff gestaun mügest; so das die hirten senhen werdent, sprechen sie: Fürwar, wäre unser hund völliglich gespysset, der wolff hett unser lamp nit hin getragen, er wär ouch mit dem leben nit dar von komen. Do sprach der hund: Ich fürchte mynen herren gar ser, der mir die spis gyt, wie wol er daz nit völliglich tuot; doch so tuo du, wie du gesagt hast. Der wolff nam das faistest lamp under in allen und floch hin weg. Der hund lieff schnell hinnach uncz zuo im und gab im ainen harten stouß mit syner brust und fiel zuo der erden, als ob er im vor übrigem hunger und megri des lybes nit möchte an gesigen. Do schrient die hirten und alles husgesind: Für war, wann der hund wäre gnuogsamlich gespysset nach synem willen, der wolff hette unser faistes lamp nit also hin getragen. Er waure ouch lebend nit entrunnen. Do das der husvater höret, ward er mit zorn und schmerczen bewegt und sprach: Ich will, daz ir in hin für gnuogsamlich spysent. Dar nach gab man im die suppen und daz flaisch mit schönem brot. Do ward der hund in wenig tagen zuo vollen krefftigen komen. Wäre das vor beschehen, so wäre der herr des schades vertragen gewesen. [170<sup>b</sup>] Dar nach als

der wolf zuo dem hund kam, sprach er zuo im: Bruoder, ich hab dir ain guoten raut gegeben, du bist faist. Der hund sprach: Ja, ain über guoten, der mir notturfftig und dir füglich gewesen ist. Der wolf sprach: Darumb will ich under die hemling gaun und will ainen für mynen lon niemen. Do sprach der hund: Du hast dinen lon vor hin weg, wann czway mines herren lemmer hast du gefressen. Der wolf sprach: Ach lieber, du verwilligest, daz ich ainen nieme. Der hund sprach: Ich laß dich kainen niemen; wann ob du ainen nemest, so schwer ich by minem leben, das du lebendiger nit von dannen komest. Do das der wolf erhouret, sprach er: So gib mir doch ain guoten raut, was ich thuon sölle, als ich dir gerauten hab, wann ich stirb vor hunger. Der hund sprach: Gestern ist ain wand gefallen an mynes herren spyskeller, in dem ist vil schöns brots, da ist vil gesalzenen flaisch, da sint vil winfaß vol guotes wins. Da hin gang by diser nacht und fülle dich gar wol. Der wolf sprach: Du woltest mich veruntrüwen, wann so bald ich hin yn gan, so meldest du mich gegen dynem herren und dem husgesind, so werdent sie mich ertöten. Der hund sprach: By myner trüw, ich melde dich nit; wann von mynes herren rychtum ist mir nichts befohlen worden, wann allain die schauff, darum verraute ich dich nit. Do es nacht ward, gieng der wolff in den spyskeller und aß des brotes so vil er wolt, und ouch das faist flaisch. Dar nach ließ er win uß dem vaß und trank, daz er trunken ward. Als er aber deß wins in synem kopff enpfinden ward, gedacht er in im selber: Wann die dorfflüwt vol und trunken sint, so singent sie [171<sup>a</sup>] ire dorffliedlin; warumb wolt ich dann nit myn gesang ouch singen, so ich vol bin? und fieng an ze singen. Und als er ain mal hülen ward, daz erhörtent die hund und wurdent bellen. Zuo dem andern mal do er hület, das horten die menschen und sprachen: Ain wolf ist nahet by uns. Do er zuo dem dritten mal hület, do sprachent sie: Er ist in dem keller. Da fandent sie den wolff und schluogent in ze tod. Dise fabel straffet die rychen und die mächtigen, daz sie iere erhalten gnuogsamlich söllent spysen, doch nicht zärtlich. Wann wa sie nit gespysset würden, müste man größern schaden besorgen, wann umb daz der hund nit gefuoret was, verlör der herr die lemmer. Und mer warnet dise fabel menglichen, daz niemant sich underwinde ze tuond, das wider syn natur sye, oder er fallet in übel, als der wolff, der wider syn natur wolt win trinken, darumb er sterben muost.

93. Fabula xiii de patre et tribus filiis. <sup>1</sup>

Sunt plures, qui pro vanitatibus statuunt placita adeuntque iudices, contentiones et lites desiderando. De hoc audi fabulam. Quidam homo habuit tres filios, moriturus autem dimisit eis suas possessiones, scilicet pirum unam, hircum et molendinum. Ipso autem patre sepulto, dixerunt filii: Petamus iudicem, ut dividat nobis hereditatem nostram et dixerunt: Audi, domine iudex, pater noster nuper obiit et dimisit nobis suas hereditates, ut eas equaliter divideremus. Iudex quesivit, que essent hereditates. At illi dixerunt: Arbor una pirus scilicet, hircus et molendinum. Iudex ait: Quomodo ergo dimisit vobis pirum? at illi dixerunt: Precepit nobis, quod tales faceremus partes, ut nullus plus haberet quam alter. [171<sup>b</sup>] Iudex ait: Quomodo ergo dividetis pirum? Maior frater dixit: Ego, inquit, accipiam ex piro omne quod habet rectum et tortum. Secundus frater dixit: Et ego accipiam de piro omne, quod habet viride et siccum. Tertius frater dixit: Et ego accipiam ex piro cunctas radices cum tota columna et omnibus ramis. Iudex dixit: Quis ergo habebit amplius? certe nec ego nec aliquis alter potest intelligere, quis ex vobis plus minus ve habeat. Quicumque ergo ex vobis valuerit dicere, quis habeat ex vobis maiorem partem, illi sit tota arbor pirus. Adhuc iudex: Hircum ergo quomodo divisit pater vester? At illi dixerunt: Hoc statuit de hirco, ut illi daretur, qui eum ex nobis maiorem orare potuisset. Tunc maior frater oravit ita dicens: Placuisset deo, ut iste hircus modo tam magnus esset, ut sitiens valeret bibere omnem aquam, que est in mari et omnem illum, que est subtns celum et non esset medius satius. Secundus frater dixit: Estimo quod meus erit hircus, quia maiorem eum orabo, et oravit ita: Utinam esset omne linum, cuncta canabs ac tota lana modo simul in unum filum contacte, et iste hircus esset tam vastus, ut illo filo circumcingi non posset eius tibia. Tertius frater ait: Cogito quod meus erit hircus, quia prolixiorem eum orabo, et oravit ita: Utinam placeret deo, quod modo esset aquila magna, que volaret usque ad celum et respiceret ad quatuor partes orbis et tantum teneret iste hircus in latitudine, longitudine et altitudine, quantum ipsa aquila videre poterat. Iudex ait: Quis ergo maiorem oravit hircum ex vobis? certe nec ego

\*

1 Extr. 13. Erbtheilung, gesta Romanorum 90.

nec aliquis valet enarrare. Sit ergo illi hircus, qui ex vobis hoc dicere sciat veraciter. Sed molendinum quomodo pater [172\*] vester dividi voluit? At illi responderunt: De molendino ita ordinavit pater noster, ut daretur illi, qui apud amicos et cognatos nugatior probaretur. Tunc senior ait: Ego ita sum nugax, quod modo plures sunt anni quibus iaceo in domo magna. Et per unum tantum foramen stillat super aurem meam stillicidium quod ita meas incidit capitis venas, dissoluitque nervos et ossa confregit et cerebrum putrefecit, ut iam per aliam aurem exiat. Ego autem ita tepidus sum, ut non valem surgere de lecto, nec vertere me in aliam partem, nec caput declinare pre nimia nugacitate. Secundus frater dixit: Meum erit (ut estimo) molendinum, quia plus sum nugax. Nam si ieiunavero diebus quindecim vel toto mense et accessero mensam habunde optimis cibus refertam, nequeo aliquid mittere in os meum pre nimia nugacitate, nisi alii vi aperiant os meum et cibum imponant. Ait tertius: Ut cogito meum erit molendinum, quia plus sum tepidus. Ego enim si sustinuero sitim usque ad mortem et stetero in aqua usque ad mentum ante moriar ibi, quam inclinem caput saltem ut unam bibam guttulam, nisi quis per vim aperiat mihi labia et aquam iniecerit. Iudex ait: Vos ignoratis, et ego non intelligo, nec quisquam alter, quis ex vobis sit nugacior. Et ita abierunt absque ulla diffinitione. Monet illa fabula nec vane nec leviter adeundos iudices in causis profanis, que iudicio diffiniri non queunt, ne sine affectu abeant cum irrisione audientium, sicut his tribus fratribus contigit.

### Die xiii fabel von ainem vatter und dryen sūnen.

Man findet vil der haderman, die on ursach umb üppige ding die richter bektüern, darumb sie on end von dannen schaident. Dar von hör dise fabel. Ain vatter hett dry sūn. Als er aber gestarb, verließ er inen ze erb ainen pirenbaum, ainen bok und ain mül. Die sūn wurdent unains in der tailung des erbs und kamen für den richter und sprachen: Herr richter, hör uns. Unser vater ist kürzlich tode und hat uns ze erb verloußen alles syn guot mit dem geding, daz wir das gelych tailen sölten. Der richter fraget, was daz erb wære. Sie sprachen: Ain pier paum, ain bok und ain müle. Wie hat er bevolhen, den paum ze tailen? sprach der richter. Do sprachen sie: Also, daz kainer mer habe, wann der ander. Do sprach der richter:

So sagent üwer mainung. Do sprach der eltst bruoder: So nim ich von dem poum alles, was krump oder schlecht ist. Der ander sprach: So nim ich alles, das dürre oder [173<sup>a</sup>] grün ist. Do sprach der dritt: So niem ich all wurczen und den stam mit allen esten. Do sprach der richter: Welher dann under tich allen dryen warlich gesagen kan, daz ain tail beßer sye, dann der ander, der sol den paum gancz haben. Aber den bok ze tailen, wie ist üwers vaters mainung gewesen? Sie sprachen: Syn will ist gewesen, daz er des sölte syn, der in größer wonschet. Do sprach der erst bruoder: Wölte got, daz der bok so groß wäre, daz er daz gancz mer und alles das waßer under dem himmel uß möchte trinken und nit halb gnuog hette. Do sprach der ander: Ich gedenke, der bok sölle myn werden, wann ich will in größer wonschen. Wann ich wölte, daz er so groß wäre, das in ain faden nit umbgürten möchte, der uß allem flachs, hanff und wollen und allem dem, dar uß man spinnen mag, gespunnen wäre. Do sprach der dritt: Ich gedenk, der bok werde myn, wann ich wölte, das der bok so groß wäre, wann ain adler ufflüge gen himel und die fier ort der welt umsähe, daz er dann die höhi, diki und braiti des bokes nit möchte übersenhen. Do sprach der richter: Ich kan nit gesagen, welcher in den größern gescheczet hat. Ob aber üwer ainer das warlich gesagen kan, des sol der bok gancz syn. Doch sagen, was ist syn mainung mit der mül gewesen? Do sprachen sie: Syn letster will ist gewesen, daz der die mül haben solte, der von den fründen und magen der gröste lugner wurde erkennet. Do sprach der erst bruoder: So bin ich als ain großer lugner, daz ich etlich jar in ainem hus gelegen bin, do ain trouff in myn aur gegangen ist, so lang das er myne adern hat abgefület und die bain des kopfes, ouch daz hirn, also das der trouff iecz zuo dem andern aur uß gaut. [173<sup>b</sup>] Und ich bin so träg und so lügenhaft gewesen, daz ich mich selber nit umb keren oder das houpt umb naigen möchte vor liegen. Do sprach der ander: Ich gedenke die mül sie myn, wann wäre ich fierczehen tag ungeßen gewesen und käme über ain tisch, dar uff alle gnuogsami stünde von den besten spysen, so möchte ich vor fulhait und übrigem liegen nit ainen broken eßen, es wäre dann, das mir zwen den mund mit ainem meßer uff gewünnen und der dritt mir die spys ynschübe. Der dritt bruoder sprach: Ich hoffe, die müle sölle myn werden, wann wäre ich so durstig, daz ich vor durst sterben müste, und stünde in ainem waßer uncz an die lefczen, so bin ich so

ful und lügenhafft, daz ich ee stürbe, ee daz ich den mund naigte ze trinken, es wäre dann, das mir iemand den mund mit gewalt uff bräche und das waßer in mich güße. Do sprach der richter: Ir trybent tüppikait, so weiß ich nit, was ir wöllen; gand hin als ir her sint komen, ir sint nit zerichten. Dise fabel wyset um tüppikait die öbern nit ze bektüern.

#### 94. Fabula xiv de vulpe et lupo. <sup>1</sup>

Sunt multi, qui antea volunt esse magistri, quam discipuli, et volunt docere prius, quam addiscant. Et dum maiores, fortiores ac sapientiores se imitari volunt, frequenter labuntur in malum. De hoc audi fabulam. Vulpis iens ad lupum dixit ei: Rogo te, dominum meum, ut ex sacro fonte laves filium meum ac ei sis patrinus. Libens faciam, ait lupo, postquam lotus est, nomen ei Benedictulus datur. Dixitque post menses aliquot matri Benedictuli lupo: Rogo te, soror mea, ut mihi dimittas filiolum meum Benedictulum, ut illum nutriam, et ex artibus meis eum [174<sup>a</sup>] doceam, ut se melius posset enutrire, tibi namque multi sunt filii, quos non nisi cum magno labore alere potes. Vulpis ait: Domine mi, ut libet, ita fac. Ago insuper gratias quia memor es mei. Tunc lupo assumens secum filiolum suum Benedictulum ivit nocte ad caulas ovium, ut aliquid prede caperet, et non potuit. Summo autem diluculo subiens in montem altum, qui erat positus supra vicum, dixit Benedictulo filio suo: Hodie fui ad caulas ovium et non potui aliquid capere et sum nunc valde fatigatus; nunc ergo dormiam parum, tu vigilans aspice, quando egredientur bestie de vico in pascua. Et tunc excitans voca me, ut capiamus aliquid. Cum autem dormisset lupo circa matutinum, Benedictulus excitans eum clamabat: Domine, domine! Et lupo: Quid vis, filiule? Benedictulus: Ecce, inquit, porci egrediuntur in pascua. At lupo: Nulla, inquit, cura de porcis, quoniam setosi sunt. Et quando comedo eos, faciunt tortiones mihi et sete pungunt fauces meas sepeque manent infixæ. Circa primam vero horam Benedictulus clamabat: Domine, domine! Et lupo: Quid habes? inquit. Oves et vacce egrediuntur in pascua. Lupo respondit: Non michi est aliqua cura; quia canes rapacissimi atque fortissimi pergunt cum eis, qui statim ubi vident me insequuntur et cupiunt occi-

\*

<sup>1</sup> Extr. 14. Wolf und junger fuchs, Grimm, Reinhart Fuchs s. 427.

dere. Nam et pastores habent villani mihi infestos, qui me videntes a longe sequuntur cum clamore. Circa tertiam vero Benedictulus clamabat: Domine, domine! At lupus: Quid vis, filiole? Benedictulus ait: Ecce, inquit, eque egrediuntur in pascuis. Lupus ait: Aspice filiole, ubi pergant. Benedictulus aspiciens ait: Ingrediuntur in pratum, quod est iuxta silvam suntque in eo plures alni. Tunc surgens lupus ingressus est in silvam caute, ut a [174<sup>b</sup>] nemine videretur; et ivit per coopertum usque ad equas capiensque unam pinguisimam ad nares statim necavit eam et saturatus est ex ea ipse et Benedictulus filius suus. Statim autem Benedictulus accedens ad lupum dixit: Vale pater, siquid velis precipere, facito, ego explebo mandatam, ego pergam ad matrem, nam valde sum sapiens, nec ampliori studio nunc opus est. Lupus ait: Nolo fili, ut pergas, timeo namque te peniturum si pergis. At Benedictulus ait: Pater, dum que me scire opus est, sciam, non amplius manebo. Tunc lupus ait: Dum aliud non valueris, vade in pace, sed penitebis. Matrem attamen tuam mea pro parte saluta. Et surgens abiit ad matrem suam. Videns autem eum mater sua ait: Quare tam cito venis? Benedictulus ait: Quia nimis sum doctus et sapientia tam clarus existo, ut queam enutrire non solum me et te, sed etiam omnes filios tuos sine ullo labore. Mater ait: Unde ergo tam cito tua sapientia? At ille: Non tibi, inquit, sit cura requirendi, sed surgens sequere me. Et surgens sequebatur mater filium. At ille, ut viderat lupum facientem, perrexit ad caulas ovium nocte ut caperet aliquid et non potuit. Ande lucem autem ascendens in montem altum, qui erat positus supra vicum, ait ad matrem: Nocte, inquit, fui ad caulas ovium, et non potui aliquid capere, et factus sum lassus; modo ergo dormiam aliquid et tu vigilans aspice, quando bestie egrediuntur ex vico in pascuis, et mox ut videris excita me et tunc videbis quid ego sciam. Ibi namque sapientiam meam probabo. Circa matutinum igitur cepit clamare vulpis ad filium Benedictulum: Fili, fili! at ille: Quid vis, mater? At mater: Ecce, fili, porci egrediuntur in pascua. [175<sup>a</sup>] At Benedictulus: De porcis, inquit, nulla cura. Nam pleni sunt setis; et comedentibus faciunt tortiones, non nunquam etiam manent infixi faucibus. Circa primam denique mater iterum dicebat: Benedictule, Benedictule, fili mi! At ille: Cur me inquietas, mater? Mater ait: Armenta boum egrediuntur in pascuis. Benedictulus ait: Non mihi est cura de armentis, quia pastores iniqui apud eos sunt, habentes canes rapacissimos ac maximos, qui statim, ut vident

me, persequuntur ac clamant, cupientes me mactare. Circa horam vero tertiam clamabat vulpis dicens: Fili, fili mi, Benedictule! At ille: Mater, quid vis? At illa: Ecce, inquit, eque egrediuntur in pascuis. Ad hec Benedictulus: Aspice, inquit, o mater, quo pergant. Aspiens autem vulpis dixit ei: Ingrediuntur (inquit) in prata, que sunt iuxta silvam posita. Tunc surgens Benedictulus ait matri: Sta tu hic in supercilio montis et aspice quid agam, et poteris veraciter probare meam sapientiam meumque ingenium. Et surgens ingressus est clam in silvam, ut a nemine videretur, ivitque occulte usque ad locum, ubi eque pascebantur. Capiensque unam pinguissimam ad nares, cogitavit eam sine malo extinguere. Equa autem quasi nihil ponderis gereret, Benedictulum elevans cepit agilter currere ad pastores, gestans eum dentibus infixum naribus ad pastores. Videns autem hec mater de summitate montis cepit clamare voce magna: O fili, fili Benedictule, dimitte equam et veni! Veni modo, dimitte equam! Ille autem nequibat dimittere equam. Nam dentes acuti nimium eius naribus fuerunt infixi. [175<sup>b</sup>] Cumque videret vulpis accurrentes pastores, et intellegeret, in quem finem tenderent, includens palmas cepit cum fletu clamare: Heu mihi, fili mi, heu mihi quia tam cito de scolis redisti! ecce peribis et me miseram matrem relinquis, nam debuisti credere dictis lupi patris tui. Et ita Benedictulus superbus captus a pastoribus est et mactatus pelle abstracta. Monet hec fabula, ne quis ante iactet se magistrum, quam didicerit esse discipulus. Nec ante velit docere, quam discat. Nec superbe velle initari fortiores ac sapientiores se.

### Die xiv fabel von dem wolff und dem fuchs.

Vil sint deren, die ee wöllent maister syn, wann schuoler, und ee wöllent leren, wann lernen. Und so sie die werk der wysen und der sterkern volbringen wöllent, so fallend sie gewönlich in merkliche schand und schaden. Dar von höre dise fabel. Ain fuchs gieng zu ainem wolff, bittende im syen sun uß dem gehailgeten waßer ze waschen, und damit ouch syn gaistlicher vatter würde. [176<sup>a</sup>] Der wolff sprach: Ich tuo es mit willen. Als daz beschach, gab man dem kind den namen Benedictulus. Nach ettlichen monoten kam der wolff zu dem fuchs und sprach: Liebe schwester, ich bitte dich, du wöllest mir mynen sun Benedictulum laßen, so wil ich in leren und neren



